VITA ET OBITVS

Ornatiſsimi celeberrimíq; viri

RICHARDI COSIN Legum Doctoris, Decani Curiæ de Arcubus, Cancellarij ſeu Vicarij generalis Reuerendiſſimi patris IOANNIS Archiepiſcopi Cantuarienſis, &c. per

GVILIELMVM BARLOWVM Sacræ Theologiæ Baccalaureum, amoris ſui & officij ergô edita.

Num ignoratis virum magnum cecidiſſe hodie in Iſrael? 2. Sam. 3. 38.

* * *

LONDINI

Excudebant Deputati Chriſtopheri Barker, *Regiæ Maieſtatis Typographi.*

Anno Domini 1598.

REVERENDISSIMO

in Christo Patri, IOANNI Cantuariensi Archiepisc. &c. Domino meo benignissimo.

Sanctissimus Iob Elipham *& socios consolatores molestos, & medicos nihili aptissimè vocauit, qui quando Machaonus* Homerici ἴπια φάρμακα *adhiberent, & leniter tractarent dolores illius vt vlcera, quod* Solomon *dixit, nitro acetum infundentes importunius refricando magis exulcerarent: itidem & ego verebar ampliss. Domine, ne attrectans hoc vulnus pectoris tui quod mors charissimi ornatissimique* Cosini *inflixit tibi, sed tempore iam & ratione curatum, commemoratione ista Dom. tuam in grauissimi luctus memoriam reducerem: quia sanato vulneri, & in cicatricem superductæ cuti, si medicina colorem reddere voluerit, dum pulchritudinem corporis quærit, plagam doloris instaurat, inquit* Hieronymus. *Succurrit tamen mihi illud* Plinij *esse quandam etiam dolendi voluptatem, præsertim si in eius sinum defleatur, vbi lachrymis vel laus sit parata, vel venia. Ignoscès dolori meo qui nouer as defuncti in me amorum viscera: laudabitur officium quod hic duplex præsto. Vt enim* Cæsar Pompeij *statuas erigendo suas stabiliuit, ita in hoc encomio qui mortui famam resono, tuam effero.* εἴ γε δ' ἀεί γε διὰ στόμ' ἐκείνου βέβηκεν, *illud enim totum, quantumcunque* Cosino *erat, authoritatis, dignitatis, famæ, diuitiarum, totum, inquam, erat tuum. Fuit ille*

Iob 16.2. 13.4.

Pro 25.20.

Ep. 26.

Plut. Cæs.

Euripid.

quidem etiam merito suo omnibus honoribus, omnibus titulis suis par, maioribus dignus, non eô tamen gloria tua minor in euehendo. Nam hac ætate in qua, quod Plutarch. Symp. *queritur,* τὸ κακῶς λέγειν ἀυτυχεῖ, τὸ δ' ὰς εἶναι τ' ἀναιτία πάσχει, *precia, non merita, opinio non iudicium insignia virtutum etiam sine virtutibus decernant: summa tua laus esse debet qui talis viri sic amauisti virtutes, vt eas perpetuô ornare non desiueris. Cúmque magnates Aulici, inquit* Castilio, In Aulico, li. 1. *si homines vel propter naturæ indolem, vel artium studia, vel virtutum specimen in sublimi collocent, multum detrahi de sua gloria putent, rati honores illos mercedem potius virtutis, quam potentiæ suæ argumentum, nec dona sed merita existimari velle; proinde si ex cloàca arcem struãt, & ex trunco* Priapum *faciãt, aut vt lapis de sepulchro colatur pro Deo efficere valeant, homulos scil. nullius spei vel bonæ frugi promouere possint, in eo se potentes glorientur: tua verò fama in hoc celebrior, quòd Amplitudo tua quotidiè & magnos facit, & bonos solet. In nemine verò ornando suas vel potentia tua, vel fauor vires magis exercuit, quàm in vno hoc dignissimo viro prouehendo, quem sic viuentem amauisti vt ab illo distrahi, sic diligis mortuum vt de illo sileri nolis, quin sæpissimè optâris vt cuius nomen per totum regnum celebrabatur, eius neglectus cinis sine titulo, obrutum corpus sine memoria non iaceret; mihíque tandem illius effigiem non corporis sed animi exprimendam mandâris, quod ego libenter pro meis viribus enitor perficere, vt nec te consilij, nec me pœniteat obsequij. Amens sim si ex meâ laudatione dignitati eius aliquid astruere me posse sperem, quin vt pictores pulchram absolutámque faciem non nisi in peius effingant: ita ego ab hoc archetypo labor &*

decido

decido, in quo proposita fuit consummatissimi hominis in omni genere effigies, in qua decoranda vel ipsa suadæ medulla laborare debeat. Cicero cùm Quintus fratris sui clypeatam imaginẽ vidisset ingentibus lineamentis vsq; ad pectus ex more pictam, erat autem Quintus ipse statura paruæ, Ecce, inquit, frater meus dimidius maior est quam totus: Ego verò contra, affero Celsitud tuæ hominem in toto sed non in tanto, vt loquuntur scholæ, certè non tantum quantus ipse erat, sed quantum ego subductis omnibus rationibus studio & diligentia pro temporis modulo, efficere potui ὃν ἐγὼ φιλῶ τὸ κῦ σώαμεν, inquit Nazianz. Singulas illius laudes percensere immensum esset, & expositũ nimis maleuolorum suspicioni, qui propter intimum amorem hæc assentatoriè potius quàm verè dicta iudicabunt. Et profecto vt in pictura lumen non alia res magis quàm vmbra commendat, sic in virtutibus celebrandis aliquid subticere laudem habet. Aspice tamen illum, obsecro, penicillo meo, si ita velis, perlitum magis quam politum. At quem? ἐξεταστικώτατον ἅμα κὴ κοσμιώτατον: si acumen flagites, ingeniosissimum: si vsum vitæ, exercitatissimum: si integritatem, rectissimum: si eruditionem, doctissimum: si comitatem, humanissimum: si prudentiam, cautissimum: si religionem, optimum: si memoriam, dicam promptissimum? imò cui adhuc nemo par fuit, & ne futurum quidem quenquam aliquando arbitror: sin omen, omen habet; Cosinus est quem omnes Musæ, omnes Gratiæ, non modò cognitum, sed cognatum asciuerunt sibi. Habuit Dom. tua grande solatium quòd talem virum tam diu tenuerit, sed hoc magis exacerbatur quòd amiserit, nam fruenti voluptatibus, crescit carendi dolor. Amarissima certè separatio & quam non posset omnino efficere nisi mors. Macrob. li. 2. Sat.

Quanto enim te viuus viuum desereret? Omnino opus mortis horrendum diuortium. At mitigabunt hæ spero, quæ mortem superant, virtutum laudes (fecissent certè si hoc illius fælicitati tanquam supremus calculus accessisset earum laudator eloquētissimus.) Si enim defunctorum imagines domi positæ dolorem nostrum leuant, quanto magis hæc virtutum lineamenta, quibus non species & vultus, sed honor & gloria repræsentatur permulcebunt? Mihi in primis inter imi subsellij homunciones illius amissio deflenda maximè, quem sequebar vt magistrum, vt parentem verebar, quod non tam ætatis maturitate, quàm vitæ merebatur, quem vnicum, à te, bonorum meorum authorem, quem ad te solum habebam mediatorem: & despondissem certè animum, qui iam paulisper concidit, post tam fidelis Curatoris, tam constantis amici iacturam, nisi illa me spes reficeret & recrearet, tantum illius manes pro me apud Ampl. tuam posse, quantum ipse inter nos manens efficere decreuerat, vt qui me per illum primùm noueras, iam etiam propter illum continuo, vt cœpisti, fauore tuo prosequaris. Deus Opt. Max. te seruet incolumem, vt alterum, si talis superstit, Cosinum *honorum præmijs ornes, vitæ longinquitate superes. Lambethi in Dom. tuæ ædibus.*

Sacellanus tuus Amplitud.
tuæ deuotissimus.

W. BARLOVV.

Vlulet abies quia cecidit Cedrus.

Zach. 11.

Verunt qui temporibus Columellæ putârunt terram vbertate nimia prioris ęui defatigatam fuiſſe & exhauſtã: perſimilis exorta eſt opinio, quæ multorum animos iam diu peruaſit, quam vitio malignitatis humanæ, (cui vetera ſemper in laude, præſentia faſtidio ſunt) aſcribit *Tacitus*, de noſtrorum temporum ingenijs hominibúſque; ac ſi omni exuſto flore ſiti veteris vbertatis, laſſa tandem & effœta natura ſic exaruiſſet, vt nihil iam laudabile procrearet. Sum profectò ex ijs qui antiquos mirer, a quibus Philoſophiam omnéſque ingenuas artes accepimus, non tamen deſpiciendam cenſeo hanc ætatem noſtram, quæ tam ingentem effudit copiam virorum & magno ingenio, & ſingulari induſtriâ, & iudicio pari excellentium. Athenas eo nomine celebrauit *Socrates*, quòd cùm cæteræ regiones feras & immanes belluas, illę homines & fruges hominibus alendis gignerent. Laus vtraq; & vtrâque amplior noſtræ Angliæ ceſſit, quæ vt eſt [illegible] ferúſque vacua, & viris frumentóque

De re Ruſt. li. 1.

Plat. Menex.

tóque referta, ita in nulla regione vberior eruditorum fœtus vnquam extitit: Quæ si quàm est in partu proléq; numerãda fœlix, tam esset in alenda prouehendáque grata & diligens, verè videor me posse contendere nostrates, etsi veteribus illis non ætate suppares, at virtutibus & sciẽtia illius æui Coryphęis æquis ceruicibus conferendos. Exempla nõ congeram, ne qui numerum viderit qui tam copiosus est, de honoribus quærat qui nulli sunt saltem non designati. Sic est (vt *Fabij* verbis vtar) incuriosa suorum hæc ætas. Vnicum hunc πολλῶν ὑπάξιον ὄντα, non vt Orator *Archimedem*, de puluere & radio, quanquã & hic etiam Geometra fuit, sed de vmbra in solem, de morte in vitam excitemus. In vitam dixi? voti est non facultatis. Certè in ὑστεροφημίαν nominisque celebritatem quæ altera est post fatum vita reuocemus. Ἀγαθῶν γὰρ πύαν καρπὸς ὄυκλίνης. Neque enim fas est vt hic flos delibatus, quem propter pulchritudinem omninò non decerpi nedum tam citò oportebat (cum *Tarquinij* papaueribus baculo decussis) humi marcescat & pereat, sed quem in horto florentem non licet aspicere, eius in ædibus manibusq; odoris suauitate nutriamur. τρέφει γὰρ τὰ βέλτιστα ἐν τῇ θεωρείᾳ. Nutriunt enim odores mortuorum, si boni fuerant, & illorum famam & virtutem nostram. Quòd si ἡδὺς ὁ ἔπαινος, vt est in Prouerbio, & *Socrates* fateatur se suis laudibus audiendis permulceri, multíq; authore *Tacito*, suam ipsi vitam narrare fiduciam potius morum quàm arrogantiam arbitrati sint: profectò optimum virum efferre laudibus quas nec viuus appetebat, nec defunctus sentit, ac per hoc posteris velut

Orat. Dial.
Tusc. qu. 5.
Liu. li. 22.
Naz. Cæs.
Liu. li. 1.
Plut. Pericl.
Plat. Menex.

lut è ſpecula lumen quod ſequantur oſtendere vtilitatem habet, non arrogantiam inquit *Plinius*. Noui Oratoris illud, ſapientibus conſciẽtiam ipſam egregiorum factorum ampliſſimum eſſe præmium: at illa μαρτυς ἀμάρτυρος velut *Aſpendius* citharædus omnia intus canit: Prodeſt autem ſuperſtitibus defunctorum gloria lata magis quam magna: ideóq; in celebranda eorum fama ſequendum eſt *Macrobÿ* conſilium, qui iubet vt & latiſſimè vagetur, & quàm diutiſſimè perſeueret: nihil verò eſt, quod aut latiùs diſſipetur, aut ſartius tectiúſq; cuſtodiat quàm oratio ἐγκωμιάστικη mandata literis. Nam quæ in exequijs fit pro concione, etſi ad præſens & perſonet aures (quippe viuę vocis maior efficacia) & penetret fortè animos qui liqueſcant in lachrymas (multò enim magis miſericordiam prouocant quę oculis vſurpamus) intuitu Cadaueris: illa tamen, vt rectè Rhetor notauit, velut in herba vel flore percepta ad nullam certam & ſolidam peruenit frugem. Mala námque cuſtos diuturnitatis auris. Figantur itaq; ſtatuę. Pulchra quidem virtutũ inſignia, ſed caduca tamen, e..poſita nempè aut incuriæ hominum aut iniuriæ temporũ. Monumenta erigantur: quæ licet ænea non ſunt αἰώνια. Quantum vertice in auras *Aethereas* tantum radice in Tartara tendant; corruent tamen exeſa tandem confectrice omnium vetuſtate. Imagines exprimantur. Muta ſimulachra: tabellæ frontem aperiunt, mentem tegunt. Sola hęc, inquit *Nazianz.* ſingulos affectus retegit, omnem vetuſtatem ſuperat. Hoc ego in me ſuſcepi ſiue onus, ſiue munus: illud ſentio cùm expendam humeros meos:

Ep. lib. 3.
De repub.
In Som. Scip.
Aul. Gell.
Herodian. li. 1.
Virg. Georg.

munus voco cùm recolam defuncti in me amorem, qui omnem ingenij officiique fructum, qualis qualis est, à me in primis repetere propè suo iure debet: vocabunt itidem alij qui nos ambos nôrunt, sciéntque me non tam proferre iudicium meum, quàm referre gratiam, neque hoc quod dico magis esse præconium virtutis eius, quàm professionem pietatis meæ. Sed in ipso introitu aurem vellicat Theologus, monétq; duo potissimum vitanda, μηδὲ κατ' ἀξίαν παραινεῖν, μηδὲ παρ' ἀξίαν ἐπαίνειν. In hoc, ne nimis indulgẽdo amori meo supra quàm res patitur, aut ille merebatur ista efferam: in illo, ne subticendo quædam, detraham aut diminuam aliquid de illius meritis & gloria. Profectò hoc magis metuo: vt enim idẽ Pater alibi, ζημία γίνεται ἡ πενία, inopem me copia fecit. Nam quanto magis occurrit quod dicendum est, tanto magis obruitur qui magnitudinem rerum verbis non potest explicare, inquit *Hieron.* proinde, quod *Plinius* in re simili, postulo ab ijs omnibus qui hæc in manus sumunt, vt maius quiddam de illo quàm qualis à me exprimitur suspicentur. In amore autem meo ne modum excesserim non vereor, neque enim periculum est ne sit nimium quod maximum esse debet. Hîc itaque cum *Nazianz.* statuo αἰσχυνόμενον βραχυτίμῳ lectorẽ qualemcunq; iudicem qui illum intus & in cute nôrit; imò ipsam INVIDIAM prouoco, quam mea fide spondeo concessuram omnia longè ampliora quàm a me prædicantur extitisse. Quæ tamen, vt de *Phocione Demosthenes*, κοπὶς τῆς λόγων, magnam securim inflixit orationi nostræ, & illius meritis, quòd hanc virtutum & scientiarum facem

Epit. Soror.

Epit. Patris.

Plut. Phoc.

in

in eminentiori, quàm quem habuit, loco nõ posuerit, mihi credite tanquam clarissimum sydus in Ecclesia & Repub. exsplenduisset. Omnia autem quæ de illo dicentur sunt aut τὰ τῆ φύσεως, aut τὰ τῆ ὁσιότητος referenda scil. aut ad naturam aut ad religionem. Naturæ erunt patria, parentes, forma corporis, ingenium cæteraq; dotes animi: religionem spectabunt integritas morum, vitæ futuræ meditatio. Atque hîc vt ὑλοτόμος apud Poetas qui in syluam veniens vt excelsissimas arbores cæderet, cùm videret omnes eádem proceritate & pulchritudine pari, attonitus stetit nescius quam primò feriret: (Non enim est admirationi vna arbor vbi in eandem altitudinem tota sylua surrexerit inquit *Seneca:*) ita & ego vnde incipiam dubito. sentio enim cum *Hieronymo*, quicquid prius arripuero, sequentium comparatione vilescere. Natura illum magnum fecit, Religio bonum: illa inchoauit, hæc perfecit. A natalibus ergo ordiar? Certè multum est etiam in semine ad virtutem virium. ἡ καλὸς παῤῥησίας δηλωτὴς ἡ εὐγένεια.

Homer. Hesiod.

Seneca.

Hierony.

Plut. περὶ παιδ.

At genus & proauos & quæ non fecimus feci,
Vix ea nostra vocant hominum qui encomia dicunt.
Ouid. Met. 13.

Industria igitur & scientia primas habeãt, nam natura nõ polita arte, non firmata labore rudis est & imbecilla, inquit *Clemens*. Maiórq; laus est, ait *Augustinus*, fieri te quàm nasci magnũ. Proinde *Philo*, *Isaaco Iacobũ* prętulit, quòd hic ἀσκήτικος, ille esset αὐτήκοος. Sed μεγάλαι φύσεις iuxta *Platonem* δεινὸν δώρον, maiúsq; periculum à magnis ingenijs, præsertim scientia præditis, tanquam armatis Triarijs, metuendum, nisi virtutes moderentur. Ab his itaque quas hic multas habuit

Clem. Alex. στρωμ. α.

Philo Μετάνοια.

Ouid. auſpicemur, & meritis expendite laudes. Nam quo quis ingenioſior & ſubtilior, hoc inuiſior & ſuſpectior eſſe ſolet detracta opinione probitatis, inquit Cicer. *Cicero*. & vt pinguius ſolum plures tribulos ſpinaſq; profert niſi ſemen bonum aſpergatur, ſic & ingenia ſi non ſplẽdeſcant virtutibus & tanquam excolantur. Ecclus 1. Sed timor Domini initium ſapientiæ, & à Ioue principium tritum eſt & tutum. Nam omnes virtutes ſine religione tanquam vitra ſunt, quę ſplendeſcunt ſubtilitate, frangũtur vanitate: vrgéntq; Theologi Rom. 14. *Paulinum* illud, Quicquid ſine fide peccatum eſt. Ergò ἐκ Διὸς ἀρχώμεθα, & celebretur primùm illius Religio. Illud enim in homine laudandum magis Apo. 14. quod æternum erit: Fructus verò ſequentur nos. In myſticis verò fructus, in moralibus folium, quia virtutes ſine fide folia ſunt, virent non manent, prodeAmbr. in Pſ. 1. unt non proſunt, ait *Ambroſ.* ſed nemo naſcitur Theologus, nec quiſquam poteſt renatus eſſe ſpiritu, quod Religionis, niſi primò natus ſit è ſemine, quod naturæ opus. Vendicat itaque Natura primas quę prior dedit huic vt eſſet, quàm Religio quę poſteà fecit vt bonus eſſet. Nec tam de *Homero* ſeptem illæ vrbes quàm de Ornatiſſimo *Coſino* Natura, Religio, Muſæ cum ſuis pediſſequis inter ſe contendunt. Quæ licet de victoria diſcordes, ſic tamen in illo vno viuo conſpirârunt, vt quod *Demoſthenes* Dem. περὶ στε. dixit, φύσις ὀπτήμιλω, ὀπτήμη δ' ἀρετὴν, ἀρετὴ δυσέβειαν, δυσέβεια πιλῶ, πάντα δ' ἐμάζετεν ἀθανασίαν. Ita naturam perpoliuerat ſciẽtia, ſcientiam virtutes honeſtauerãt, virtutes religio conſecrauerat, religionem honor inſigniuerat, vt omnia ſimul illum immortalitate donarent. Sed vt lis componatur,

componatur, cedat honor tempori, & quod prius erat natura, sit prius ordine; nam & hîc quoque Dij sunt, etiam Natalitia, quæ huius magni viri minima pars fuit, suum omen habent. Heraclit.

Natus est in Episcopatu Dunelmensi magnus futurus Episcoporum athleta, in oppido cui nomẽ *Hartlepoole* emporio celebri & fida statione nauiũ, ille, qui cùm adolescceret in vnum ipsius animum, vt de *Cæsario Naz.* omnes virtutes & artes ὥσπερ μεγάλη φύτις παντοδαπῶν ἐμπορείων, veluti oneraria nauis omne genus mercium, collegerat: qua iam ad scopulos allisa metuendum est ne, vt de Aristone *Plinius*, non vnus homo sed literæ ipsæ, omnésque bonæ artes in illo vno periculum adierint: Patre milite strenuo, qui, in illa expeditione Anglorum contra Scotos auspicante iam regnum beatæ memoriæ *Edoardo 6*, sub vexillo *Dudlei* equitis, cohorti præfuit; hic etiam miles, sed, vt de Iurisconsulto Orator, vrbanus; Pater exercitum duxit, signa contulit, manum conseruit, hostes fudit; filius hanc ciuilem militiam respondendi, scribendi, cauendi, plenam sollicitudinis & stomachi secutus est: hic rostra, ille castra occupat. Patrem buccinarum clangor, filiũ gallorum cantus exuscitant, ille gladio pugnat, hic stylo. *Patrem redeuntem in patriam absorbet Tueda fluuius, vel præ incerto alueo, vel propter tortuosos meatuum anfractus longè periculosus, relicta coniuge vidua, filio hoc in cunis vagiente: ac si natura proposuisset hunc alterum esse a Coriolano qui exemplo suo doceret orbitatem, etsi plurima secum attrahat incommoda, propter illam ἐξουσίαν αὐτοκράτορα τῆς Epit. Cæs. Ep. li. Cic. pro Mur. *Chron. Holinsh. Camdenus. Camdenus.

Herodi.li.1. ἀκώλυτον licentiã ſcil.viuendi vt velis ſine tutore, quod
Plut.Mar. Imperator *Marcus* in filio ſuo verebatur, orbita-
Gaius. tem, inquam, non obſtare virtutibus, μὴ πρὸς τὸ γενέσθαι σπουδαῖον αὐτὸν ἐκ, μὴ διαφέρειν τὰ τῆς πολλῶν ἀδένων ἐμποδὼν ἦ, neque impedire quò minùs vir bonus eſſet, & pluribus alijs excellentior. Vix annum compleuerat totum cùm mater vidua natale huius ſolum reliquit, & in Agrũ Eboracenſem conceſſit, vt vnâ cum filiolo ſuo in ædibus *Pudſei* auunculi huius cõmoraretur, neq; hæc
Camdenus. mutatio ſine omine. Nam vt illã regionem ſic prouidè natura temperauit, vt ſi hîc ſaxoſa ſit, illic lætiſſima erit arborum fœcunditas, atque ita varietate ſua gratior & lætior aſpicientibus videatur: Ita hic ab ipſa natura diſpari morum genere, ſed pari libra, cõflatus eſt, vt nec grauitas ſine facilitate, nec comitas eſſet ſine ſeueritate, ἃ χαλεπὴν ἀμφότερα ποιοῦσαν ἐκμεῖν,
Naz.ep.Patris inquit *Naz.* vt difficilè eſſet intellectu, vtrum eum amici magis vererentur an amarent. Matrem paulò poſt Medopus quidam honeſta familia ortus in vx-
Homerus. orem accepit (ἔνθεσσ' ὃν πατὴρ ὡς ἤπιος ἦεν) qui hunc priuignum ſuum ſic amore complexus eſt, vt quamdiu infans eſſet, intra matris contubernium in illius ſinu indulgentiáque enutriret, ſed obſeruata pueri, etiam in tenellis, acumine ſingulari, extra maternum limen ad *Skyptoniæ* gymnaſium miſit, quod oppidum Ita-
Camdenus. lię Latio *Clarencius* noſter ſcitè confert, vt literis imbueretur. Vbi, quemadmodum referunt qui æquales fuerũt illius temporis & condiſcipuli eius (nihil enim hic præter auditũ habeo) omnibus ijs ingenij velocitate anteuertit, ſi velocitas rectè definiatur à
Cic.Tuſ. quęſt. *Cicerone*, multarũ rerum breui tempore perceptio,

ſaltem

saltē docilitate qua celeriter accipiebat quę tradebantur, vt qui æquis passibus cum illo contenderēt non propius accederent quàm ἅρματι Λυδίῳ πεζὸς ἰχνεύων, vt dixit *Pindarus*, currui Lydio pedibus incedens. Pindarus. Currus.a. sagittæ volanti propter celeritatem confertur a Poetis. Sed ista fama est, argumentum veritatis hoc. sic eminebat inter omnes vnus, præ omnibus solus vt ante peractum annum duodecimum mitteretur ad Cantabrigiensem Academiam παντοίης In Cæsar. παιδεύσεως ὅσαν τε ἡ δοκιμωτάτη ἐργαστήριον, vt Athenas laudauit *Nazianz.* in Collegium copiosum & celebre, atq; eruditissimis hominibus liberalissimisq; studijs semper affluens, sanctæ *Trinitati* sacrum receptus est, vbi quæ in puero corporis animiq; dotes, tanquā scintillæ micarent, magis ac magis deinceps per ætatis gradus, velut stellæ maiores, resplenduerūt, vt summam illam spem quam de eo iam puero ornatissimus præfectus & socij habuerunt, continuò adolescens mirifica indole superârit: cui adiūcta erat singularis memoria, in qua si tantum eum INSIGNEM dicam, minus quàm debeo prædicem, cum in illa DIVINVS fuerit. Hoc verò adiumēto tanto vsus, etsi aliorū considerataṁ tarditatem citò expediendis conficiendisque exercitijs vinceret, non tamen, vt *Aper* apud *Fabium*, contemnebat potius literas Orat. Dial. quàm nesciebat, tanquam maiorem industriæ & laboris gloriam habiturus, si ingenium eius nullis alienarum artium adminiculis inniti videretur, sed in authoribus cognoscendis, in euoluenda antiquitate, in exhauriendis altissimis Philosophiæ fontibus, in omni denique studiorum genere se exercuit,

in

in qua tamen plus temporis quàm operę insumpsit, (Magna enim ingenia nec diu sedere, nec multùm insudare possunt) quia omnem laborem ademit ingenij solertia quæ lecta quamprimùm arriperet, & memoria tenax quæ arrepta firmiter & perpetuò reseruaret, vt plerique mirarẽtur ecquodnam curriculum aliquando esset habitura illius & natura admiranda, & exquisita doctrina, & incredibilis memoria, & singularis industria. Neq; verò intra Collegij parietes contineri potuit adolescentis fama, sed emanauit in Academiam, impulitque quosdam Collegij *Reginalis* socios (quorum vnus illi affinis erat) vt illum ad se allicerent, & inuitarent, proposita spe secuturi præmij. sed illi fugæ viam obsepiebat qui Collegio præfuerat *Trinitatis*, Colendissimus *Beaumont*, & citiùs quàm in illo cœtu numeroso solitum est, ascribit in numerum Discipulorum; & quamprimùm per ætatem, gradum & statuta liceret, in sociorum numerum cooptauit. Hîc autem, non vt plurimi eius conditionis qui cum *Tantalo* apud *Pindarum* nequeunt, μίζαν ὄλβου χαταπέψαι, nec rectè vti honoribus quibus recenter donantur, siquidem efflorescant ingenij laudibus, inflatus dignitate noua labores per quos eam cepit, cùm assecutus fuerat, deposuit, quod hominis esset & astuti & ingrati, inquit *Cicero*: sed quod iter ad gloriam cum fœlicitate cæperat, idem cum alacritate & laude permensus est, suam enim existimationem in ea re agi putabat, qua nihil in toto vitæ cursu habebat carius. Fuit in *Hortensio* næuus quem notauit *Cicero* (quia videret ex consularibus neminem esse secum comparandum,

Pind. ολυ.

Pro Muræ.

De clar. Orat.

dum, negligeret autem eos qui consules non fuissent) vt summum suum illud studiũ remitteret, quo à paruo fuerat incensus, vellétq; beatiùs, vt ipse putabat, remissiùs certè viuere. Fateor *Cosinum* non ita incubuisse literis, aut in Musæo sic excubasse ὅσον κατασκληρύειν vt loquuntur Græci, vt, quod Poeta lepidè dixit, Ossa & pellis fieret misera macritudine, neque sic se totum dedidisse vt auocari se non pateretur illius æui blandimentis, quibus non modò adolescẽtum ætatula sed etiam corroborata sæpè capi solet; nam quid ei necesse erat? qui Naturæ ipsius habitu propè diuino, sic fuit, vt *Augustus* dixit, ἄριστος εὐφυΐας ingenio velox, memoria fœlix, vt, quemadmodum *Naz.* fratrem laudat, aliorum exquisitam diligentiam, intellectus celeritate facilè superaret. Cúmque alijs rem literariam sequentibus δίδυμον ἄχθος, vt *Pindari* verbis vtar, duplex & gemellum onus imponatur tum seriò legendi tum sedulò exscribendi, quorum vltimùm plurimas horas capit; & de *Plinio* maiori referat nepos auunculum eius nihil vnquam legisse quod non adnotaret & exscriberet; sitque hoc *Macrobij* consilium, Quæcunque hausimus non patiamur integra esse ne aliena sint, sed in quandam digeriem concoquantur, alioqui in phantasiam itura, non memoriam: Ille verò (incredibile est quod dico fortè, τὸ γὰρ ὡς ἀληθὲς ἀπιστότατον πῶς ἂν καὶ πιθανὸν, inquit *Nazian.* quę ipsi nos assequi non possumus inuidia non finet in alijs credere) ille, inquam, testor omnes quibus erat notus in studijs, nihil vnquam quod legit, aut calamo aut digito notabat, quò memoria fieret adminiculatior: ita tamẽ ex multa eruditione, ex plu-

Plut. παρ. Plaut. Capt.

Sueton. Aug.

Cæsep.

Pindarus.

Plin. ep. li.

Macrob.

Epit. Patr.

ribus artibus, ex annalium monumentis, ex omni rerum scientia exundauit & exuberauit illius admirabilis memoria, quæ non ad vsum modò sed ad miraculum procedebat, vt qui varietatem, quam ille, occasione data, effunderet, audiret, sacramento contenderet illum & plurima legisse, & assiduè insudasse, & singula exscripsisse. Atque hinc fortasse memoria tenacior, quia nihil scriberet, nam *Dryades* nefas existimârunt sua præcepta ab auditoribus mandari literis, non modò ne in vulgus disciplina efferretur, sed ne literis confisi minus memoriæ studerent. Sic etiam *Clem. Alex.* μαλίστη φύλαξις τὸ μὴ γράφειν, ἀλλ' ἐμμανθάνειν. Certissima custodia scientię est nõ scribere sed ediscere. Pleríscq; enim accidit vt præsidio scribendi diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant, inquit *Cæsar*. Et quanquam inueterauit iam diu opinio quæ multorum sermonibus percrebruit, Satius esse vnum aliquod insigniter quam plura mediocriter facere: nam vt amnis in plures dissectus riuulos lentius currit, sic animus in diuersa studiorũ genera distractus in vno aliquo non eminet: ille verò (quod de *Cæsario* Theologus) πάντα ὡς ἐν ἑνὶ ἴσχυσε, καὶ αὐτὸ, παντὶ ἴσχυεν. Omnia calluit, & in singulis excelluit. Cum enim Deus χαρίσματα donáque sua cuiuis largiatur, κατὰ τὸ δοχεῖα, inquit *Naz.* prout quisque potest capere, vt talenta in Euangelio secundum cuiúsque facultatem: & Arbor, inquit *Bern.* plures non habeat in brachijs ramusculos quàm sunt in radice fibrę, quæ illos alant: atque ἀναλόγως Poetæ centum manus *Briareo* affinxerint, cui quinquaginta dederunt ventres: ita & hunc cui Deus amplum & augustum vas concesserat

Cæs. bel. Gal. li. 6.

σεμν.

Bel. Gal. supra.

Plut. περὶ πολ.

Naz. Cæsar.

εἰς τὸ βάτον.

Math. 25.

Bern. in Cant.

ceſſerat exigua ſcientia implere non potuit, nulla itaque ars tam magna quam ille non caperet, nulla tam copioſa ſcientia quam illius pectus non contineret; neq; eam in pertuſum, quod aiunt, doliũ acciperet vt citò efflueret, ſed ſemel infuſam velut in *Bernardi* Concha fideliter ſeruauit vt in ſuo tempore refunderet. Neceſſe eſt vt non modò iucundiſſima ſed & vtiliſſima ſit ea in familijs vitæ ſocietas, inquit *Xenophon*, vbi vir & vxor faciũt quod ſui muneris eſt, ille natus ad negotia externa foris comparet & acquirat, vtenſilia hæc ad diligentiam domeſticam facta ſub tecto recondat, recondita cuſtodiat, cuſtodita diſponat: Eiuſmodi *Coſini* fuit in literis œconomia qui ingenium habuit, vt virum ſolertem, acutum, diligentem, quod omnia quæ ſub Dio & Ioue ſummo eſſent congereret & inferret; memoriam verò vt Matrem familiâs aſſiduam & tenacem quæ (veluti apes puriſſima mella ſtipant & liquido diſtendunt nectare cellas) ſic conderet & componeret quæ mox depromere poſſet inque ſua loca & idonea diſtribueret, vt, quando opus erat, quæ fuit illius viri maxima, etiam ad miraculum, laus, ea quæ nos illum, per tot annos ſepoſita, latuiſſe; aut longa vetuſtate extabuiſſe putaremus, ictu oculi ſuis viuiſq; coloribus proponeret ac ſi heri ac nudiuſtertius comparaſſet. Hoc, inquam, ingenij & memoriæ maritale atque mirabile coniugium, multiplicem eius ſcientiã & ſibi vtiliſſimam & conuiuentibus fecit iucundiſſimam, eóque magis, quia eam in recolendo facetijs multis aſpergeret, támq; concinnè, vt appareret in eo natiuum quendam

Vbi ſupra.

In Oeeon.

Virg Geor. 4.
Horat. ep.

esse leporem non ascitum. Vnde hoc illi contigit præ cæteris, vt cum aliorum continuò præsentium gratia langueſcat, & mellis etiam sit satietas iuxta prouerbium, ille nunquam discederet quin ab omnibus statim desideraretur. Tantum illi, quod de *Tito Suetonius* dixit, ad promerendam omnium voluntatem vel ingenij vel artis vel naturæ fuit. Sed cùm iam vel Collegij statuta, vel ipsius propositum aut sibi prospiciendi vt copiosius viueret, aut Reipub. consulendæ vt illi prodesset, flagitarent vt vnam sibi deligeret ex maioribus & sublimioribus scientijs quã profiteretur, non fecit quod pleriq; Academici malo more factitant qui, Auem illam, cuius Italus quidam meminit, imitantur, hæc enim ad ripam fluminis summo manè quamprimùm sol emerserit, ad capiendam prædam, quippe piscibus alitur, aduolat, atque ibi, expectans piscem quem deuoret, operitur, transit vnus & item alter & sic cæteri, illa sperans meliorem & maiorem venturum, adhuc plena spei ambulat, & ita totum conterens diem pisces innumeros abire patitur spe scil. pinguioris, tandem occluditur dies, pisces latent, & illa nisi in vermiculam incidat, esuriens redit & famelica: eodem modo illi dum Theologiam aspernentur vt seruilem nimis, Medicinam nolint vt valdè periculosam, Iurisprudentiam refugiant vt molestam, arduam, & perplexam, neque possint cum Cane syllogismum contexere neque hâc neque illâc inuestigandum, tertiam ergô semitam sequamur; hæsitant anxij donec Collegio amoti exeant inanes scientiæ, incerti de victu, vnde vel sordidas mechanicásque exercent artes

Anthol. imag.

Sueton. Tit.

Italus.

Plut. de solert.

artes tanquam mancipia *Pluti*: vel in generosi alicuius ædes, vt aperiant scholam, compinguntur velut in Latomias Siciliæ; vel Aulam sequuntur vt quadrarum Assecl̨. *Cosinus* verò etsi in omnem partem & artem paratus Musasq; singulas Iouis & Memoriæ filias, vt *Alcander* vocat amplexus esset; cæteris tamen posthabitis in suam *Penelopem* asciuit Iurisprudentiam, cùm Prudentiam addo Ius ciuile, non Insulare hoc, intelligo; Prudentia enim existimari nō debet, inquit *Cicero*, qui extra vnam vrbem aut Insulam nusquam quicquam valet. Magna profectò laus & grata hominibus elaborare in ea scientia quæ sit multis profutura, eámq; artem exercere qua semper armatus præsidium amicis, opem alienis, salutem periclitantibus afferre posset. At consultius igitur feciſſet plurimorum iudicio, si, vel diuitijs vel dignitate sibi proposita, forum commune premeret & leges Temporales, vt vocantur, esset professus: in illis præsertim temporibus quando illa Camarina Presbyterica totum suæ malicię virus in sacrosanctam Angliæ hierarchiam & fora Ecclesiastica iam primùm recens exhalasset. Non conferam inter se hasce vel sorores vel consobrinas, ne, *Paridis* pœnam ferens, non tam illi gloriam quam mihi inuidiam cōciliauero. Hoc tantùm dico quod fatebuntur etiam illi qui duriores ad nostra studia sunt, si quis minorem gloriæ fructum putet ex Ciuili iure percipi quàm ex vulgari vehementer errat, propterea quod ciuile ius in omnibus ferè gentibus præualet, Insulare hoc, siue municipale, nostris finibus, exiguis sanè, cōtinetur. Eam ille scien-

Alc. apud Clemen. Alex. στρωμ. α.

Cic. orat. pro Mur.

Tacitus.

Cic. & Arch. Poet. de Græc.

tiam profitebatur quæ & ingenium aleret & eruditionem, literarúmque oblectamentum & vsum afferret. Tractantur enim causæ in foro Ciuili, vt omnes in quibus iuris notitia desideratur, sic pleræque in quibus reliquæ etiam scientiæ & artes requiruntur. In illa verò eo maior cæteris eiusdem facultatis & expeditior erat quòd omniũ artium maximam quasi lucem ad ea quæ confusè ab alijs aut respon-
Dialectica. debantur, aut agebantur, afferret, Dialecticam scil. quæ doceret rem vniuersam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando, dissoluta connectere in formam illi-
Cic. Brut. gando, vnde, quod de *Seruio* Orator, de eo passim efferretur, Iuris ciuilis magnum vsum apud multos fuisse, artem in hoc vno. Atque ab his fontibus profluxit in hominũ famam, sed in amorem intimum
D. Whitgift. venerãdi Doctoris *Ioannis Whitgifti*, iam Reuerendissimi in Christo patris, Archiep. Cantuariensis, qui, relicta Aulæ *Pembrochianæ* præfectura, *Trinitatis* Collegio tum præerat, qui, vir natus ad ornamẽtum literarum, ad subsidium Academicorum, obseruata *Cosini* indole eximia, candida natura, eruditione multiplici, magnam cepit voluptatem tam ornatum virum támque excellens ingenium fuisse
*Horat. in suo Collegio, à quo tanquã * sui dimidio, diuelli noluit, quin cùm ad Episcopatum Vigorniæ à Collegij regimine auocaretur, hunc sibi tuendum atq; ornandum delegit, accepit in familiam & consuetudinem suam, à suo latere non passus est discedere, cum eo coniunctissimè vixit: quem vicissim elegans *Cosinus* sic suauitate morũ permulsit vt nemo illius

Dom.

Dom.perpetuò fuerit carior: induſtria ſic deuinxit vt ad extremum diem Reuerен.patris erga hunc amor creuerit.(Scias eum plurimis virtutibus abundare qui alienas ſic amat) nec amauit ſolùm, nam aër non nutrit,ſed quibus potuit dignitatibus inſignіuit, mortuo enim Vigorniæ Cancellario conſultiſſimum *Coſinum* in eius locum ſuffecit,quo munere non tam gratioſo & illuſtri, quàm negotioſo & moleſto,etſi in eo nemo ſic ſe gerat quin altera pars ſe lęſam in iudicio putet,ſic vtebatur tamen,vt gloriam ſibi conciliaret ex difficultate negotij, gratiámq; & amorem æquitatis largitione. Multos conſilio iuuit,aliorum offenſas aut pateretur aut lepidè refelleret, etiam pauperrimis adeſſet & ſubueniret, vt appareret in iudicijs ſe non fortunæ ſed hominibus eſſe amicum. Cùm verò ab illis regionibus in hanc prouinciam ſedémq; Archiepiſcopalem Reuer. pater eueheretur, Digniſſimi *Coſini* ſic vnâ aduentus celebrabatur vt famam ingenij exſpectatio hominis, exſpectationem ipſius aduentus admiratióque ſuperaret. Quæ perſonæ,vultúſq; dignitas? quàm pari libra grauitas comitáſq;? quod ſtudium literarum, quod iudicium? maiora omnia re quàm fama: id quod non ſæpe euenit,inquit *Cicero*, vt exſpectatio à cognitione, aures ab oculis vincerentur. Authoritas dignitáſque formæ non defuit vel ſtanti vel ſedenti, decora facies,multo ſanguine, multo rubore ſuffuſa,promiſſa barba, ſtatura iuſta, & quadrata,venter paulò proiectior, deniq; ſi cum *Fabio*, Corpus hominis pulchrum dixeritis in quo non eminent venæ,nec oſſa numerantur, ſed temperatus

Cancel.Vigor.

Cic.Frag.

Dial.Orat.

ſanguis

sanguis implet venas,& exurgit toris,ipsos quoque neruos robur occupat, & decor commendat; fuit profectò illi ingenua totius corporis pulchritudo, & quidam senatorius decor,cui tamen non plus inerat authoritatis quàm gratiæ, vel ipso intuitu, vt
Tacit.vit.Agr. de *Agricola Tacitus*,Bonum virum facilè crederes, magnum libenter. Quæ licet fortuita atque inania videantur in laudibus viri, ego tamen nequaquam arbitror negligenda, nam gratior est pulchro veniens de corpore virtus. Et *Minerua* apud *Homerum Vlissem*,delicias suas,pusillũ alioquin & staturæ exi-
Hom.od.s. guæ,cùm coràm rege sisteret, ἢ μιν μέγεθος τε καὶ πάσσονα θῆκεν ἰδέσθαι, ampliorem illi & augustiorem formam indi-
1.Sam.9.2. dit. Imò Spiritus Sanctus cum *Saulem* ad regnũ designasset illud in primis posuit, fuisse eum eleganti forma & præ filijs Israel speciosum virum, qui ab humero sursum altior erat toto populo.

Huic certè multum venerationis acquisiuit etiam personæ dignitas & venustas; nullus error in vultu, multum in incessu grauitatis; reuerearis ad occursum,non reformides. Verùm quod de fratre *Nazianz.*
Naz.Cæs. πόλυς τὸ φαινόμενον, πλεονάκις τὸ κρυπτόμενον, quod videbas magnum fuit & eximium, quod oculos fugiebat
Agapetus. admirandum. Summus erat, vt *Agapeti* verbis loquar, κόσμος ψυχῆς, illustrior verò εἰκὼν θεοῦ. Corporis decor pulcher & amplus; animi verò dotes, quantis nemi cuiquam contingere plures posse satis constat. Dẽus bone,quantum rerum, quantum exemplorũ, quantum antiquitatis tenuit? nõ vnum pedem extra limites Angliæ posuerat, singularum tamen regionum situs, mores, politeiam, emolumenta tam graphicè

graphicè & ad amussim describeret in hemicyclo sedens, ac si ea omnia in circulo oculis iam perlustrasset, aut sæpiùs peragrasset. Nihil est quod discere velles, quod ille docere non poterat. Abditum aliquid? quære: Thesaurus erat. Obscurum quid & ambiguum? adi: *Oedipus* erat. non Geometriæ, non Musicæ, non Grammaticæ, non Medicinæ, non vllius ingenuę artis scientia ei defuit. Dialecticæ subtilitatem, Moralis partis vtilitatem, Naturæ mysteria, Theologiæ arcana, cuiúsq; Politeias intima viscera, omnem denique omnium artium & scientiarum varietatem, homine vel Academico, vel Politico dignam & idoneam accuratissimè complexus est. Cum qua eruditione quot ille virtutes collegit & miscuit? quàm vigil ad curam, quàm non segnis ad opus, quàm suauis ad mores? quæ tamen omnia eluxerunt splendidissimè, quando in illam Iurisprudentium summam dignitatem, Decanatum scil. de Arcubus, cùm Reuer. patris gratia singularis, tum sua merita euexerant. Quod ille regnum forense, idque sua virtute partum, postquam paulatim deferbuisset quorundam sui gregis ardor, incensus non in virum, quem ad maiora natum fatebantur, sed in annos, nempè quibus in illa societate multis iunior esset, omnium paulò pòst non cum inuidia, sed applausu tuebatur. Natura acutus, vsu exercitatus, varietate promptissimus, summa celeritate, æquitate integerrima confecit negotia, causas expediuit. Quid erat quod non statim sciret? ad tantam ingenij acumine, studio, & exercitatione peruenerat. Quòd si diuersitas rationum, causæq; ambi-

Decan de Arcubus.

guitas hæsitare coëgerat, acri magnóque iudicio ab origine causísque primis repeteret, discuteret, ex-
Plut. Tib. penderet. Atqui ne illud, quod de *Graccho Plutarchus*, obijciatur, fuisse fortè vt ὀκνηρὸν sic ἐκκνον. non promptum modò sed aliquando præcipitem: illud in primis obseruandum & posteris commendandũ, quòd in illa varietate & numero causarum, etsi plurimæ vel Clientum malicia, vel Aduocatorum auaritia ab illius iudicio in sublimius forum, per modũ Prouocandi, deferrentur, pauciſſimæ tamen & penè nullæ illius sententiæ per tot annos (decem autẽ erant) rescinderentur; vnde & offensione vitata decerẽndi æquabilitate, & gratulatione adiũcta conficiendi celeritate, & beneuolentia adaucta audienti lenitate, (nam, quod de *Augusto Tranquillus*,
Sueton. Aug. dixit ius non modò diligentia summa, sed & comitate) tantum sibi amorem conciliârat ab omnibus, eámque famam collegerat, vt plures in illius vnam Curiam confluerent, quàm reliquæ penè omnes eiusdem facultatis continere possent: patuit námque omnibus, nemini cuiquam patronus esse desijt, ministris verbi præsertim constanter adfuit. In quo munere perfungendo etsi multùm vigilaret, laboraret, plurimis præstò esset, multorum stultitiam pateretur, arrogantiam perferret, difficultates exorberet
Tacit. hist. 3. (nemo enim eodem tempore, ait *Tacitus*, assequi potest, & magnam famam & magnam quietem) præ causarum numero ad aliorum arbitrium viueret non ad suũ: in isto tamen negotiorum immenso pelago (præter illa quæ illi incumbebant vt Cancellario prouinciæ Cantuariensis quo insignitus est

ab

ab Archiepiſ. vt Regio Commiſſario ad cauſas Eccleſiaſticas, quorum hunc vnum eſſe voluit Sacra Reginæ maieſtas; vt Curiæ Cancellariæ magiſtro, nam in illo cœtu erat) Eccleſiæ inſuper patrocinium in ſe ſuſcepit, muniúmque eccleſiaſticorum defenſionem, pro quibus in proſligatorum hominum quotidianos impetus ſe objecit; &, inter tot forenſium fluctuum tempeſtates, cùm Terræ filius neſcio quis ἐπάρχου τοῦ ῥώνλιο γιγάντων ἡλαυνόμενος, vt de *Aeſchine Demoſthenes*, vtque Gallum *Liuius* deſcribit, ſtolidè lætus & linguam etiam ab irriſu exerens, hoſtium ſignis ferox præſultaret, atq; in certamen prouocaret omnes Theologos, & Iuris ciuilis conſultos qui ſecum ſiue ex Decretis Canonicis, vel Statutis Regni de ſtatu rebúſq; Eccleſiaſticis decertarent, libellúmq; emitteret ab omni ingenio, litêris, Charitatis ſpecie Abſtractum, vnde & φιλόνικος liber, nomen Abſtracti ſortiebatur: huic ſtrenuus *Coſinus*, vt ſe prognatum milite oſtenderet, non modò non detrectãs certamen, ſed præcipua ſorte periculi ſibi petita, ſic in ipſo conflictu reſponſione ſua gulam homini obliſit, vt perpetuum deinceps ſilentium ſibi Abſtractor impoſuerit, iurares

Lupos illum vidiſſe priores.

Deinde cùm hæreret ſcrupulus in quorundam animis, qui nimis impensè Schiſmaticis fauerent, de Iuramento ex Officio; eum ille lapillum exemit, argumentis è ſacra pagina, iure Eccleſiaſtico, ciuili, Municipali, ex omni antiquitate erutis, vnde & ancipites quorundum animos & διχογνάμονας in ea re cõfirmârit, & ſibi ipſi omnis ſcientiæ gloriã aſciuerit.

Illius Officia & dignitates.

Demoſth. Liu. lib 7.

Abſtract.

Virg. Eclog.

Sunt enim illi libri, tanquam duæ columnæ filiorum *Seth* apud *Iosephum*, στῆλαι ἐπίσημοι τῆς παιδείας, inquit *Nazianz.* in quibus, ne hoc quod de eo prædicamus sit λόγος ἀμάρτυρος, & sine testibus encomium, non solum ingenium elucere videmus, quòd sæpè etiamsi industria non alitur, valet tamen ipsum suis viribus, inquit Orator; sed inest oratio vt cura & vigilijs elaborata, ita omnibus scientiarum artiúmque opibus vndique congestis refertissima. Ad quæ studia, & alia eius generis quæ posthâc fortè in lucem sunt proditura, non cum *Cicerone* in *Tusculanum*, aut cum *Plinio* in *Laurentinũ* (quanquam & illi elegans fuit suis sumptibus in Comitatu Oxoniensi à fundamento exstructa, & lautissimè ornata domus) secessit, sed in ipso rerum forensium turbine, & clientum strepitu hæc commentabatur, eaq; tam fœlici facilitate expediebat, vt citiùs exarata videres, quàm putares meditata. siue quod tali ingenio nihil difficile fuerat, siue, quòd antecedentis ætatis multa lectio, & memoria admirabilis magno compendio & adiumento erant. Nullum onus, quod vel Ecclesiam, Rempub. Academias, fora, vel familiarium priuata negotia attineret, impositum recusaret, susceptíque laboris nusquam eum pertæsum est. Erat enim quod de *Maurico Plinius* vir prudens, multis experimentis eruditus, & qui futura possit ex præteritis præuidere. Denique, quod de *Muræna* Orator, vir animo & vsu ad quod velis negotiũ. Nam vbi natura & doctrina in vno conspirent eximia vtráque atque illustris, nescio quid præclarum ac singulare solet existere, inquit *Cicero*: præsertim si alterutra

Ioseph. Ant. li. 1.
Nazianz.
Cic. pro Cæli.
Plin. ep. li. 1.
Cic. pro Mur.
Pro Arch. Poet.

terutra exerceatur; aliàs enim ait *Nazianz.* ὁ μὴ σπουδὴ περσόλλυσιν, ῥᾳθυμία διαφθείρεται, quod ſtudio acquiritur, otio conſumitur, quemadmodum concluſa aqua facilè corrumpitur: *Catonis* itaque præcepto obſequebatur, qui voluit claros viros atq; magnos non minus otij quàm negotij rationem habere: proinde ſi ſolus erat, liber legebatur, ſin amici adeſſent, ſermo libro potior audiebatur, etiam in campis nobiſcum ambulans ſemper aliquid recoleret eruditum, quô illud *Plin.* confirmaret, Non tam *Dianam* in montibus quàm *Mineruam* inerrare. At hęſit fortè ad metas illius fama (nihil enim occultabo fretus lectoris candida prudentia) quòd in Comitijs regni maioribus, cùm de regimine rebúſq; Eccleſiaſticis tractaretur, hic, quaſi vel metu perterritus, vel conſcientia conuictus mente obtorpuiſſet, prorſus obmuteſceret. Mirabar equidē, ingenuè fateor, tanti viri, tam ingenioſi, tam gnari gnauiq;, tamq; prudentis in re tanta ſilentium, cum primùm auditione accepiſſem, neque adhuc mirari deſinerem, niſi illud *Thucydidis* ſæpius occurreret, λόγισμον ὄκνον φέρειν, recta ingenia debilitari verecundia. Non potuiſſe eum reſpondere inſcitiam arguiſſet, quam in illo ſuſpicari, qui omnium ſcientiarum dibapho indueretur, inſaniæ eſſet: noluiſſe ergò, aut modeſtiæ fuit (quemadmodum *Ciceroni* in re ſimili non ſemel accidit) neſcio enim quomodo, inquit *Plinius*, magnos viros in publicis conuentibus magis timor quàm fiducia decet; aut, vt mea opinio ſert, prudentiæ ſummæ. Modeſtiæ erat in ea celebritate & ſplendore ordinū quem iam primùm viderat, quod & Philoſopho-

Nazianz. εἰς τὸ ἅγιον βαπτ.

Cic. de nat. Deo.

Idē pro Planc.

Plin. li. 1.

An. 1584.

Thucyd. li. 1.

Sen. prouerb.

Ep. lib. 5.

rum est & Theologorum consilium, tardus vt esset ad loquendum, eúmque in primis decebat maximè, qui in fronte librorum præfigere solebat hanc sententiam, *Disce docendus adhuc*. Prudentiæ verò, vt se reseruaret ad sedatiora tempora, ad perennius opus, in quo suam de ijs rebus sententiam & iudicium scriptis & posteris commendaret: quod non multò pòst fecit, idque tam doctè & concinnè, vt eum argutè potuisse loqui futura ætas sit attestatura, támq; omni ex parte ἀπταιστότως confirmatum, vt nullũ liuoris virus, nullæ vires inuidiæ sint conuulsuræ: in quo *Solonis* sequutus est consilium, σφεγγίζεσθαι μὴ λόγους σιγῇ; τὸν δὲ σιγὰν καιρῷ: qui præferebat silentiũ opportunũ sermoni vtili. Plurimum autem refert, inquit *Thucydides*, μνήματα μᾶλλον ἐς ἀίδιον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν ἐπαρεῖς τὸ πρέπον ἀγώνισμα, vt monumentum ad memoriam posteritatis ingeniíque famam componatur, ait *Fabius*, quàm verborum præsens pugna ineatur, quæ vno spiritu diffluxeris, vt homines volaticos miles apud *Plautum*. Integritatem verò & abstinentiam in tanto viro referre, iniuria virtutum fuerit, quas nulla vnquam insignis vitij macula cõspurcauit, ne in iuuentute quidem, quæ tamen ætas suam secum excusationem affert. Nam cùm plurimi sint, quorum partim nimia libertas in adolescentia, partim profusa luxuries, magnitudo æris alieni, libidinésque nominantur, quæ posteà multis virtutibus obtecta, adolescentiæ, qui velit, excusatione defendat in illo tamẽ nulla luxuries, nulli sumptus, imò nec anaritię species apparebat, amores autẽ & hæ delicię, quę vocantur, nũquam eum occupatum impeditúmque tenuerunt. Hanc verò prouinciam nactus,

Solon apud Max.

Thucy. præm. & Lucian. hist.

Lib. 10.

Mil. glo. & Penulus.

Cic. pro Cæl.

nactus, in qua velut, in specula, se collocatum sensit, etsi multa occurrerent donorum & fauorum blandimenta, quibus sopita virtus, etiam integerrimi, aliquando conniuet, quæque multas lubricas ostenderet ad iniustitiam vias, quibus ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione vix quisquam posset, sic recto tamen tramite incedebat, vt non modò ἀδιαπτώτῃ γνώμῃ ius Naz.
diceret, sed & in eorum causas qui eum vel donis tentarent, vel promissis pellicerent, acutiùs introspiceret, in ipsos verò homines animo & ira excandesceret. In eam enim se vitæ rationem deduxisse vel fortunam vel virtutem suam sensit, vt sempiternus sermo hominum de illo futurus esset, ideò, quātum eniti & efficere potuit, cauebat, ne aliquod insigne vitium ei aut malicia affigere, aut suspicio affingere posset. Synceri verò animi & incorrupti, quod grauius testimonium, & vt cum *Nazianz.* loquar, τὶ μεῖζον γνώρισμα, ἢ ἀπειραίστερον, quod specimen diluci- ὀπτ. παῤῥ.
dius, aut argumētum certius esse queat, quàm cùm alij plerique, qui eiusmodi vel in ecclesia, vel in Repub. loca occupârunt, vt eiusdem Patris similitudine vtar, *Briarei* manus habeant, quibus vndiq; corradant opes; quòd ille sic viueret in fortuna tenui, rebusque, si Officia locique dignitatem, suáque merita & virtutes conferamus, angustis, vt mortuus in numerata pecunia 100. libras non reliquerit, fundos verò & possessiones ex quibus 50. annuæ vix & ægrè conficiantur? De muneribus verò donisque quod de patre suo *Naz.* dixit, εἰ μιᾷ δεκάμῃ πλείονι τιμῇ ἔσθ' Ibid.
ὑπόπτην, ne vno quidem nummulo ditior factus sit. In foro laïco qui exercentur, & in illo dicendi genere

ad

ad cuius praxim nec multi libri, nec magna eruditio requiritur, nonne malè locatas suas putarent horas, si non plures opes collectas coaceruarent, etsi pauciores menses, quàm hic annos (qui plusquam viginti erant) in iure dicendo insumpserint? Grauissimum est cùm superior sis factus ordine & meritis inferiorē esse fortuna, inquit *Cicero*. Quæ itaq; malùm causa impellit multos inuidè ineptos, vt sic querantur indies de lucro & corruptelis Curiarum Ciuilium, neque fidem integram manere posse clamẽt, vbi magnitudo quæstuum spectetur, proinde enixè contendendum putent, vt, propter immodicas mercedes & nummos in illis foris exactos, capiendis pecunijs modus statuatur? vtrum, quod ille apud *Tacitum* dixit, vt, cuncta legum & magistratuum munia in se trahẽtes, ampliorem sibi materiam prædandi patefaciant? An verò, quod est in prouerbio, Alia Leucon, alia portet illius Asinus? Profectò *Cæsar* apud *Suetonium* fana Deorum spoliabat sub nomine delicti, reuera spe prædæ. *Romuli* animum, inquit *Orator*, ad fratris necem vtilitatis spes & inuidia impulit, etsi muri causam opposuerit, speciem honestatis nec probabilem, nec satis idoneam. *Saul*, quia *Dauidem* prudẽtiorem se senserat, ideò eum perimere decreuerat; & *Pictor* apud *Plutar.* qui gallinam ineptissimè depinxerat, omnes viuas ab officina gallinas abigi curauit, ne collatis exemplaribus ipsius opus risui pateret. Nolo malè ominari, nec dico, sed metuo ne mera barbaries scientiam & literas, imò religionem opprimi cupiat. Quod enim est *Ausonij* prouerbium, sequitur

Ep. li. 15.

Annal. 4.

Eras. chil. 2.

Sueton.

Cic. offic.

1. Sam. 18.

varam

varam vibia, si tollantur entia cadit scientia, & sublata scientia citò ruit conscientia; sublatis verò studiorum prẹmijs, ipsa studia sunt peritura, inquit *Tacitus*. Quantum nos mutamur ab illis? Maioribus nostris? qui Iuris Ciuilis consultos vt præclara Reipubl. membra & ornamenta scientiæ habuerunt, ideóque ijs alendis in vtráque Academia Collegia fundata, & ampliſſimis prouentibus aucta reliquerunt, promouendis verò in Repub. ſummos honores decreuerunt. Nos verò, hos ciues optimos, qui & ipſi, magnis impenſis librorum ſtrue congeſta, longis vigilijs corporis neglecta ſalute, totos ſe ſtudijs immerſerunt, vt tandem præmia propoſita aſſequantur, quorum vſus ad foraneos cum exteris principibus contractus maximè neceſſarius in Repub. ſic parui æſtimemus, & à quibuſdam Tenebrionibus tam vili precio publicè elocari patiamur, vt eorum eruditiſſimis & integerrimis ad ſuum ipſorũ familiẹq; ſubſidiũ, vix viginti libras annuas aſſignari audiamus; mercedẽ opilione dignã magis quàm aut Aduocato aut Iudice. Prudenter *Tacitus*, vt corpora lentè augeſcunt citò extinguuntur: ſic ſtudia faciliùs oppreſſeris quàm reuocâris. Saltem vnicum hoc tam illuſtris viri exemplum eorum animos delinire potuiſſet, qui omnibus, quæ in hominem cadere poſſent virtutibus congeſtis, in pecunia tamẽ tenui maluit viuere & mori, quàm aliquid acquirere quo illius vita integerrima vllis pecuniæ aut infamiẹ ſordibus obſoleſceret: quippe prudenti viro haud magni momẽti fortuna eſt, mens ratióq; dominatur, inquit *Liuius*. Hanc tamen prudentiæ

Eraſ. aliter legit. Vide Scaliger.

Annal. 4.

Agric. proœm.

Decad. 3.

Lib.3 Comin. virtutẽ in rebus præsertim politicis, Comineus doctis & literarum peritissimis, quos Togatos, ironicè perstringens, vocat; adesse negat. (sic est mos hominum, inquit *Plinius*, vt nolint eosdem pluribus rebus excellere) Certè grauissimi *Cosini* prudentia in statu politico ne exsplendesceret, nobis inuidit aut fatum, aut fortuna, ergò Occultæ musices vt nullus respectus, ita laus perexigua. Verùm si sors illi campum dedisset, in quo excurrere hæc virtus dignoscíque posset, profectò *Solomonis* iudicio, quæ eadem est *Platonis* ad *Dionysium* sententia (vtérque horum *Philippo* historico longè erat prudentior) dignus fuisset Togatus hic, qui coram Regibus assiduè staret.

Lucia. Harm. & Aul. Gel. lib. 13.

Pro. 18. 16.

Ep. ad Di.

Pro. 22. vlt.

Tusc. quæst. Fingit Orator cogitatione sua præstantem virum & Repub. dignum, primò qui est ingenio eximio (tardis enim mentibus virtus haud facilè committitur)

Plat. πολιτ. addit *Plato* memoriam fœlicem, nam ἀνάμνηστος ὁπλῶς ἔχων, qui commissa non retinet, ineptus reipub.: deinde ad inuestigandam veritatem studio incitato, habeat insuper subtilitatem differendi, veritatem iudicandi, naturam explicet, contraria dijudicet, sciat quò referenda officia, quæ vitæ degendæ ratio. Iudicijs præpositus ne sit φιλοχρήματος, aut φιλήδονος, auaritiam simul & spurcitiem fugiat, iniustitia nihil in suam domum deriuet, multas virtutes misceat, adiungat fructum amicitiæ, nec sit δυσξύμβολος, sed summa iucunditate & facilitate morum in quotidiano victu & cultu vtatur. Hæc sunt idola & ideæ hominis quem *Plato* & *Cicero* conceperunt animo, quæ fuerunt ornatissimi *Cosini* ἰδέαι, & expressa illius virtutum simulachra. Fuit illi ingenium acre & subtile, quo acutissimè perspiceret

ſpiceret quæ in conſilium venerant: Memoria tanta quantam in nullo meminiſſe me arbitror, *Hortenſij* multò fœlicior, per quam facilè repetteret quæ fuerunt antea cta omnia: Prouidentia ſingularis, qua futura ex præteritis ſolertiſſimè colligeret, quod vnum eſt Prudentis viri apud *Platonem* argumentum, vt fundamentum φρονησεως iuriſque dicendi ſcientia & æquitas, quæ quia iuxta Poetam συλλήβδην πᾶσ' ἀρετ' ἔξιν, omnes in ſe virtutes complectitur, Prudentiam multò magis: in qua ſic eminebat, vt mea quidem ſententia cùm *Aquilium* Orator deſcriberet, venerabilem *Coſinum* delinearet, cuius prudentiam Reſpub. in cauendo non in decipiendo perſpexerit, qui iuris Ciuilis rationem nunquam ab æquitate ſeiunxerit, qui tot annos ingenium, laborem ſuum & fidem Eccleſię, Reipub. ſuis, alienis promptam expoſitámque præbuerit, qui ita iuſtus & bonus vir erat, vt natura non diſciplina eſſe videretur, ita peritus & prudens, vt ex Iure ciuili non ſcientia ſolùm quędã, verùm etiam bonitas nata iudicaretur, cuius tãtum ingenium, ita prompta fides, vt quicquid inde haurires purum liquidumque te hauſiſſe ſentires. Hæc ille de C. *Aquilio*, ego de conſultiſſimo *Coſino* verè prædico, & in hanc ſententiam pedibus ibunt qui illum intus & in cute norunt. Quibus non erat æquè cognitus, hi ſic habeant: quæcunq; in homine erudito, Politico, Prudenti, Magno eſſe poſſent, quæ certè ſunt maxima, ea ſemper in illo habita eſſe ſumma, hodiéq; haberi non ſolum à ſuis, ſed etiam ab omnibus quibus potuerit aliqua de cauſa eſſe notus. Verùm ego illum in reniſſioribus mirabar magis:

Cic. Brut.

In Timæo.

In Politic. Theog. & Ariſt. ethic.

Orat. pro Cæcin.

magis: nam istas virtutes summas pari iucunditate condire, summæq; grauitati tantum comitatis, quã-

Naz. tum in illo fuit, adiũgere, arduum opus, καὶ οὐ πολλῶν τὸ ἐγχείρημα, nec minùs difficilè quàm rarum est. Nam scientia, proh pudor, sæpè inflat, &, Qui velit ingenio

Naz. ep. patr. cedere, rarus erit. Huic verò τὸ φιλάνθρωπον ἦν ὑπὲρ ἄνθρωπον, humanitas supra hominem erat: neminem noui comiorem, commodiorem, moderatiorem ad omnem rationem humanitatis. Laborare vt quis ab illo amaretur non erat opus, fuit enim obuius & expositus, dulcis inprimis, qui repugnantes quoque duceret, & impelleret. Vbi conuentus & iudicia poscerent, grauis, intentus, seuerus: cùm verò animus ex illo forensi strepitu reficeretur, & aures querelis defessæ conquiescerent, nulla vltrà seueritatis persona. Cum remissis iucundè, cum facetis lepidè, cum iuuenibus comiter, cum omnibus sic suauiter viueret, vt difficilè esset iudicare vtri ætati fuerit aptissimus; in mensa verò eam varietatem propinaret, vt non tam ventre quàm animo conuiuæ delectaren-

Eurip. & Plat. tur, quod *Euripides* olim dixit, Εὔξῃ τοιοῦτον αὐδὲ σοὶ παρεσέναι. Optares huiusmodi virum tibi adesse semper. Quòd si in audiendis querelis aliquando naturã vinceret, & tam vehemens fuit, quàm cogebatur, non quàm volebat, clientumque ineptias & ambages, quas alij fortè deuorarent, non ferret, sed iracundiùs respueret, faciebat hoc non moroso, vt putabatur, sed ingenuo liberóque fastidio, quod est ingenij velocis proprium. Nam quò quisque est ingeniosior & so-

Cic. pro Ros. Com. lertior, non modò docet iracundiùs, sed quæ ipse celeriter arripit, ea cum tardè percipi videat, discruciatur,

cruciatur: & qui ipse in singulis negotijs Hoc agere solebat, in alijs ferre non potuit quod *Agatho* poeta ait, τὸ μὴ πάρεργον ἔργον ὡς ποιεῖσθαι, re ipsa quam in manibus habebant relicta, ambages sequi, & verba fundere; reuocauit se tamen facillimè & citò rediret ad naturā suam, consuetudiniq; seruiret; fuit námque illius ira χολὸς nō κοτὸς, vt distinguunt Græci, quæ non maneret alta reposta mente vt *Iunonis* apud *Virgilium*, sed lini instar flammam citissimè arriperet, & citissimè extingueretur: vnde sæpius illud poetæ vsurparet de se ipso, videas me Irasci celerem tamen vt placabilis essem. Accepi ab ijs qui cum eo coniunctissimè & familiarissimè à pueris vixerunt, nunquam illum fuisse cum eorum aliquo in longa simultate; quòd si aliqua inter eos fortè querimonia intercessisset, vbi feruor paulisper resedisset, vel mutuis colloquijs litem dirimere laboraret, aut si alterius morositas aditum non ferret, per literas de amicitia redintegranda cōtenderet; tanta fuit illius indulgētia, vt quos amare deberet, irasci eis nefas duceret. Sed Christianum efferimus, non Philosophum. Eximia ista sunt & summæ laudis quę prędicauimus, sed nō maioris momenti ad futuram vitam, si religio absit, quàm vel *Tullij* Officia, vel *Aristotelis* Ethica. Optandum est vt sit mens sana in corpore sano, & cum sanctimonia vitæ sanitas doctrinæ, inquit *Augustinus*. Nam qui bona opera laudāt sine fide, ædificant *Pauli* aurum in *Mathæi* arenam: domum extruunt splendidam non solidam: vt *Prosper* loquitur, falsam virtutem laudant in optimis moribus.

Athen. dip. lib. 5.

Eustat. Hom. λ. α.

Virg. Aen. 1.

Horat. ep. li. 1.

Augustinus. 1. Cor. 3. Matt. 7.

Scientia verò & literæ etiam *Homeri* iudicio sine

Homerus. religione periculosæ; ille enim de *Margite* dixit, ὡς ἄρα πολλὰ μὲν ἠπίστατο ἔργα, κακῶς δὲ, φάσθαι, ἠπίστατο πάντα, Quòd multa quidem nouit, verùm malè is omnia nouit. Quem

Plato. versum *Plato* explicans, concludit scientiam omnem amota religione damnum simul & malum ferre. Sed cùm totius Religionis cardo in duobus vertatur potissimum, εἰ τῷ ὀρθοδοξεῖν, & εἰ τῷ ὀρθοπραγεῖν. in rectè sentien-

Bernardus. do, factis non dissentiendo, inquit *Bernardus*: Quantum ille in Theoria profecerit, testentur quos supra memorauimus, de Iuramento libri: rationes insuper & argumenta quibus nostram causam contra Schismaticos, & Romanenses (quorum omnium acerrimus hostis erat) propugnabat: addo & zelum quo vtróque in iudicijs persequebatur: Praxim verò

Iac. 1. vlt. quam *Iacobus* describit, illius in prouentu tam paruo, tam crebra erga pauperes liberalitas, quam nisi frugalitate suppleret, aut illa diurna largitione inaruisset, aut illum locum quem habuit, tanta cum dignitate non sustinuisset. Erant enim modicæ facultates, dignitas sumptuosa, redditus ex officijs, vt est inuidia temporum, nescio minor an incertior. Assiduus verbi auditor, ministrorum Ecclesiæ etiam infimorum patronus benignissimus, loquor quod vidi, eorum aliquos non consilio solùm iuuit, sed etiam nummis. Vitæ innocentia, humanitùs loquor, summa, comitas par, quæ virum faciunt per se integerrimum: nam qui cæteris ita ignoscit tanquam ipse quotidie peccet, quod facilitatis: ita peccatis abstinet tanquam nemini ignoscat, quod innocen-

Plin. ep. li. tiæ, eum ego emendatissimum puto, inquit *Plinius*. Vtriusq; verò & Theorias & πράξεως indicia in morte

& poſt mortem clariora & firmiora extitere ; teſtis erit omni exceptione maior illius voluntas vltima & Teſtamẽtum, quod *Plinius* idem animorum morúmq; ſpeculum vocat, in qua omnia erant pietatis pleniſſima: cuius vt per tot annos ante extremũ diẽ compoſitio & ſcriptura, ita illæ diuinæ ſententiæ, quibus paſſim aſpergitur, demonſtrant illius vitam fuiſſe, vt dixit *Nazianz.* μελέτλω λύσεως, continuam mortis meditationem, quæ, relictis humilibus his & ſordidis curis, cum *Iobi* Aquila, excelſa petebat in longinquum oculis eius intuentibus, in altiori ſcil. & pinguiori ſeceſſu, ſtudia & animum reponebat: Cætera illi omnia vt *Paulo*, ζημία καὶ σκύβαλα, damnum & ſordes: vt Eccleſiaſti, fumus & funus: vt *Cæſario* παιδία καὶ λήρος, ineptiæ & nugæ: vt *Chryſoſtomo*, σκιὰ καὶ ὄναρ, καὶ πᾶσα ἀθλιωτέρα, vmbra & ſomnus & his leuiora: vt *Platoni*, ἀδύνατος καὶ οὐδενὸς ἄξια, nihil & nihilo digna: vt *Auguſtino* tranſitoriâ non manſoria: ὡς ἐν τούτῳ κεκυμένα, cum hoc vno, inquit *Theologus*, immortalitate ſcil. collata, habebantur: quod *Hieronymus* dixit, In his mundanis ſe non perpetuum exiſtimauit, vt eſſe poſſit perpetuus. Proinde orditur, ab illo *Eſaiæ* ad *Ezechiam* conſilio, in voluntate vltima, *Diſpone domum tuam, nam morieris.* quod ne ratum habuiſſe iudicaretur, non deſideratum; præuiſúmque diem fuiſſe illi, ſed inuiſum; *Cupio*, inquit, *diſſolui & eſſe cum Chriſto.* Moriendi neceſſitatem ſtatuebat ex peccato; nam, *Stipendium*, ait, *peccati mors.* Mortis acerbitatem ſolatio quæſtus mitigabat; nam addit, *Mihi viuere Chriſtus & mori lucrum.* Neceſſitas & ſolatium moram non patiuntur, ſed eorum πόθος πάθος γίνεται, ſimul vtrunque

Nazianz. Iob 39.30. Phil.3. Eccl.1. Naz. Chryſoſt. Plato. Auguſti. Naz. Hieronymus. Eſa.38. Phil.1. Rom.6. Phil.1. Baſil.

Apoc.22. vtrunque clamat, *Veni Domine Ieſu, Veni citò.* Et ne ſolus in cœlum ire videretur, extremam manum addit quam nobis viuentibus porrigit, *Valete*, ait, *ſuperſtites mortalitatis veſtræ & vitæ æternæ memores.* Illud verò quantæ laudis, quàm perenne pietatis ſuæ monumentum, quòd ex illa mediocri, quam reliquit, pecunia, quadraginta libras numerari voluit ad ædificandam in Collegio *Trinitatis* cameram; & quindecem inſuper annuas perpetuas (vix quinquaginta totas hæres acceperat) ad alendos in eodem Collegio diſcipulos duos, vt quemadmodum literæ illi ornamento, ſic ille literis eſſet adiumento. Voluntas hæc, per quatuor aut plures annos, fuit, vt loquuntur, Ambulatoria, & adhuc in motu fuiſſet ad maiora & meliora, ſi ipſe in viuis. Tandem verò, qui ſic in cœlum excubaret, velut

Cygnea cantio Coſini.

Horat. ep. li. 1. *Omnem credens diem ſibi diluxiſſe ſupremum,*

non quòd aut ætas ingraueſceret, quę quinquageſimũ annũ iam vix attigerat, aut corporis imbecillitas interitum minaretur, vſus enim eſt firma valetudine: (quãquam, vt de *Silio* Italico ſcribunt, corpore fuit delicato magis quàm infirmo) tandẽ, inquam, morbum nactus eſt quem initio & ipſe & medici contempſerunt, frigus ſcil. vſque ad rauim contraxerat, nempè cui remedia celeria faciliáque proponebantur, quo tamen poſt paucos dies inteſtina, vt videtur, ſic vitiata fuerunt, vt aluo repentè vſque ad defectionem ſoluta, morte ereptus ſit maiore noſtrũm damno quàm ſuo, vt de *Tito Sueton.* Ad primam famam valetudinis attonita & mœſta ciuitas, ad mortis rumorem penè emortua. Sed non omnibus

Suet. Tit.

bus grata vel virtus, vel veritas, hiſce temporibus, quibus, vt *Nazianz.* dixit, μηδ' εἰς βιὸς αἰὼν πρέαςος τοῖς πονηροῖς, & ſiniſtra erga eminentes interpretatio, nec minus periculum ex magna fama quàm ex mala, ait *Tacitus*. Diſſeminatus enim eſt & per ſuſurros diſperſus ſermo, qui volauit & inualuit (nihil enim maledicto facilius emittitur, citius excipitur, latius diſſipatur) propter admiſſum ab illo facinus, quod nullo modo patrari debuit, præ ęgritudine animi, & pudore facti iam in lucem editi, cum *Timoleone* illo σωτηρίαν τ' διανοίαν, & tædio vitæ morti ſuccubuiſſe, ac ſi non morbus ex neceſſitate, ſed cõſcientia criminis, & deſponſione animi, mors, quaſi accerſita, abſtuliſſet eum. Sic fama fuit, cuius virus quotuſquiſq; effugere poteſt in tam maledica ætate? Non vtar in illius defenſione *Ciceronis* argumento; Ingenioſos, vt æs Corinthium in æruginem, ſic in morbos, animi præſertim, & incidere tardius, & recreari ocyus. Sed crimen expendamus, & ad perpendiculum etiam Inuidiæ exigamus. Quidnam hoc ſceleris erat, quod, veluti ferrum, illius animum penetrans tam lætale vulnus infligeret, vt virum tam bonum & integrum ad illud conſilium impelleret, velle eum de vita exire, & pudorem damnationis morte fugere, quem ſemper puduerat damnanda committere? Qui, ſi quis vnquam alius, plurimas viuendi cauſas habebat, optimam famam, integram vitam, ſynceram conſcientiam, magnam authoritatem (licet virtutibus imparem) omnium bonorum amorem intimum. *At pulchrum virtutis iter diu currebat, ſed iam penè decurſo ſpatio in vnum lapidem miſerè*

Naz. ep.

Tacitus.

Cic. pro Plan.

Plat. Timol.

Cic. Tuſc. quę.

ferè impingebat. Certè nec histrioni, vt in quouis actu placeat, peragenda fabula, nec sapienti vsq; ad
De Senect. *Plaudite* viuendum, inquit *Cicero*. In multis offendimus omnes, num huic vna noxa nõ remittetur? De
Suet. Tit. *Tito Suetonius* scribit nullũ extitisse suum factũ pœnitendũ, excepto duntaxat vno, hunc tamẽ Delicias humani generis vocabant. Imò Spiritus Sanctus Dauidem in vno turpiter lapsum prædicat, eum tamen, ait, fuisse hominem secũdum cor Dei. Et profectò Integerrimus *Cosmus* grauiter peccasset, si in vno nõ peccasset, hominis specie Deum occultans: Verùm aut grauis hæc offensa esse debuit, aut illius animus molliſſimus admodùm, qui sic ad mortem vsque liqueſceret. Etsi enim illud *Plutarchi* nõ pro-
Plut. Timol. bem omni ex parte, αἰχρὸν ἡ μετάνοια ποιεῖ τῷ τὸ κακῶς πεπραχέναι, Facti pœnitentiam etiam bene facta conspurcare;
Aug. Retr. 1. (potius cum *Augustino* dico, qui omnia impœnitenda facere non potuit, eorum eum pœniteat quæ facere non debuit) at sic labaſcere & concidere animo vt omne solamen & spem famæ recuperandæ refugeret, αἰσχύνης esset non μετανοίας, & desperabundi magis quam dolentis: nec tam magni viri animo, qui ad maleuolorum contumelias obduruisset, dignum, de criminibus obiectis id sentienti, quod
Tac. Ann. 4. *Tacitus* dixit de probris, Agnita videntur si irascare, aut doleas, spreta exoleſcunt. *At grande fuit & Reipub. perniciosum hoc facinus, contráque omne ius & bonos mores*. Erige te quisquis es, homule ex argilla & luto conflate, loquere vt te videamus, dic, excrea. *Iudulgentias ad matrimonia contrahenda absque Bannis matrimonialibus designandis concessit*. Et iure

iure quidem, nam & officij erat sui,& consuetudinis laudandæ,& in omni benè morata repub per leges licitæ, & vsitatæ sine scandalo aut detrimento. *Imò sigillo suo huiusmodi licentias plurimas muniuit, nominibus contrahendorum non inscriptis.* Per caliginem aspicienti omnia apparent triplo maiora, inquit *Basilius*, & benè potis singula videntur duplicata, ait *Plutarchus* Caligo istius ætatis, malicia est, ebrietas, calumniandi licentia, quæ summam voluptatem capit, hominum, præsertim ecclesiasticorum, delicta, vt Schol. Græci verbis vtar, ξυμβάλλειν καὶ διαβάλλειν congerere & exaggerare. At quid si, quod Rusticus in sue detondenda dixit, *Ingens hîc clamor est & strepitus, sed lana exigua*; ita hæc grauis querela, *de Plurimis licentijs*, desinat in vnica,& illa Scribę, siue Registrarij fidei commissa, quam seruulus eius, paulò post ab hero transfuga, lucrum se inde facturum alibi sperans, surripuit? Vbi etsi vel Cancellarium minus prouidè commẽdasse alteri, vel scribam parùm fideliter asseruasse & reposuisse fateamur, vnde tamen illa pernicies Reipub. ex istiusmodi facultatibus metuenda? *Nempè promiscui concubitus, & incestæ nuptiæ per huiusmodi indulgentias contrahi possunt.* Seuerè obiectum, si verè: sin falsò, contumeliosè. Nullum argumentum in re, nulla suspicio in causa Forma licentiæ, sit indiciũ calumniæ. Primùm afferunt partes coniungendæ nullum esse vel Præcontractus, Affinitatis, Consanguinitatis, vel vllius alterius legitimæ causæ impedimentum, ergò promiscui concubitus, & incestæ nuptiæ prohibentur. Secundò ministris constet de assensu

Basil 55.

Plut. Symp.

Schol. Græc.

„ sensu & consensu parentum, Gubernatorum, ac tu-
„ torum: & celebrentur nuptiæ tempestiuè in faciè
Ecclesię. Valet illa cautio contra clandestinas, mul-
„ tò magis illicitas nuptias. Tertiò ne inęquales fiant,
Lacrt. Plut. sed sapientis illa regula seruetur, πλὼ ἐξ σαῦτον ἔλα, Æqua-
lem ducito, & illustribus inde familijs prospiciatur,
„ ne ex dispari connexu, dispareant tandem. Quæ cō-
„ ditiones si non obseruentur, aut aliquid his contra-
„ rium posteà emerserit, irrita & nulla futura est hu-
„ iusmodi indulgentia. O magna vis veritatis, inquit
Cicero. *Cicero* in re simili, quæ contra hominum ingenia, ca-
liditatem, solertiam, maliciam, contraq; istorū om-
niū insidias facilè se per seipsam defendat. Hæccine
facultas, etsi furtim surrepta, & abrasis nominibus
contrahentium, aut Reipub. detrimentum inferre,
quæ pluribus occurrit obstátq; incommodis quàm
trinundina illa Bannorum denunciatio, aut talem
tam magno virò, tam incorrupto, tam syncero ter-
rorem incutere posset, vt mori mauelit quàm op-
probrium inde natum ferre, quod nullum, meritò,
esset, nisi in præiudicatas quorundam opiniones,
& exulceratos animos incidisset? Sed vt ignis in a-
quam coniectus continuò restinguitur & refrigera-
Cicero. tur, sic referuens falsum crimē, in purissimam & iu-
stissimam vitam collatum, statim concidit & extin-
guitur. Quod loquor, non auditum habeo sed cog-
nitum. Cùm de ea re inter nos colloquium interce-
„ deret, ægrè quidem tulit nomen suum famæ inseri,
„ proinde doluit se non secutum esse *Epicharmi* consi-
„ lium νῆφε κ) μέμνασο ἀπιστεῖν, ἀρθὲς ταῦτα τῇ φρενῶν: optauítq; vt aut
Epichar. „ ipse cautior fuisset, aut scriba secretior, aut seruus fi-
delior;

delior; magis metuisse se dixit, ne Reuer. Patris Ar- »
chiepisc. domini sui benignissimi, cuius nomen in »
fronte erat, ex illo scandalo, accepto magis quam »
dato, ira grauiùs excandesceret: de facti verò inte- »
gritate bene sibi conscium esse, nec illos maleuolo- »
rum latratus pertimescere, quibus ora occluderet si »
daretur vita, *se honestatis fructum in conscientia, non* »
in fama, semper reposuisse. Sed morte præuentus »
est, si mortem vocare fas sit, qua tanti viri mortali-
tas magis finita, quam vita est. Viuit enim, viuétque
semper, atq; etiam latius in memoria hominum &
sermone versabitur, postquam ab oculis recesserit.
Sic enim est mos ætatis nostræ deprauatissimus,
virtutem incolumem odimus, sublatam ex oculis quæri-
mus inuidi, quia plus sensimus quod amisimus post-
quam habere desiuimus, inquit *Hieronymus*. Mor- Hieronymus.
tem ille suã antè præsentiebat, quò tranquilliori e-
rat, in ipsa dissolutione, animo, obnixè tamẽ à Deo
sæpè, cùm in sanitatis latitudine, vt loquuntur medi-
ci, esset, contendebat ne cruciatus & tormenta, quæ
propter obesum corpus & firmatas vires metuebat,
in ipso conflictu, & contentione morbi & naturæ
pateretur: affuit Deus voto, cuius ille compos, vt
iam nõ moriturus sed dormiturus, vita excessit. Tri-
ste mecastor & acerbũ funus, morte ipsa mortis tẽ-
pus indignius, nõ modò, propter illius ætatẽ, imma-
turũ, sed, pro nostra iactura, funestũ. Plurimum sem-
per desiderij, multum doloris attulit bimestris illa
quotannis absentia, nobis qui domestici cum illo
eramus, tantum erat in illius consuetudine mellis
& deliciarum: sed spes redeundi dum viueret illam

mœstitiam leniret & reficeret: Hic verò dies, in quo talis vir, integerrima ætate, optimo habitu, maximis virtutibus, summa eruditione, diuinissimo ingenio, eriperetur è cœtu nostro, imò e sinu, gremióq; Ecclesię & Reipub: plures grauioréq; causas nobis omnibus reliquit & desiderij & doloris, qui, non modò propter omnem præcisam spem in terras redeundi, sed desperationem futuri vnquam inter nos, domesticos intelligo, tam suauis, tam probi, tam prudentis viri, renouabitur indies & recrudescet. Quanquam quid ego plura de viro, quo mihi frui non licet, an vt magis angar quòd non licet?

Ilicet, verbum funebre.

Ilicet ergo. Claudam modò, duobus illis, quibus Romani in exequijs vtebantur, verbis, orationē meam, *Salue*, *Vale*. Vale, inquam, colendissimè *Cosine*, ingenij speculum, memoriæ miraculum, Iuris oraculum, scientiarum compendium, virtutum παυδοχεῖον, Suauitatis deliciæ, Amicorum magnes, Ecclesiæ columen, Iustitiæ lumen, fori Decus, Reipub. charissima proles, quo nemo vir melior natus est in illo genere & grege, nemo pietate præstantior, quo mundus hic non erat dignus, proinde in cœlum per Ostracismū misit. Salue itaq; cœlicola *Cosine*, olim sanctæ *Trinitatis* alumne, nunc consors: cohæres Christi, qui hærebas Christo: Angelorum exultatio: Sanctorum socie, æternitatis diu memor, iam compos; incorruptionis stolà indutè, qui hîc in iudicio sedens incorruptionem induisti. Propter cœlestem ingenium, & diuinas animi dotes, videbaris omnino mori non debuisse, nec moreris certè, si in fama sit vita; nam etsi tecum loqui non possumus, at

de

de te loqui nunquam desinemus.

Decimo post obitum die, à cubiculo suo, quod in Doctorum Collegio habebat, elatæ sunt illius exequiæ, per plateas & Thamesim lugubri pompa, (quam ille præceperat esse tam exiguam quàm fieri posset) ad Lambethi templum, Doctorum comitante caterua mœsta & tristi, quem locum ipse in codicillo designauerat, vbi concionem funebrem non tam habebat, quàm lugebat venerandus ille vir, & magni suo merito nominis D. *Andrews:* verè vox turturis audita est, quæ non sibi plausum, sed nobis planctum mouit. Frequentiorem sæpiùs vidi conuentum, mœstiorem nunquam: non intutu modò præsentis spectaculi, sed dolore intimo quòd Ecclesia & Respubl. tanto ornamento esset orbata. Quæ enim tam duræ aures, quæ de silice excisa præcordia, & Hyrcanarum Tigrium lactè nutrita, possunt sine lachrymis *Cosini, Cosini,* inquam, audire nomen, non deflere obitum?

***

Commune damnum; sed præ meo non reputetur infortunio.

W. Barlow.

CARMINA FVNEBRIA,

In eiusdem Venerandi Doctoris triste fatum, à quibusdam Cantabrigiensibus, illius amicis, multo mœrore fusa magis, quàm condita.

* * *

Ille dolet verè, qui sine teste dolet. Marti.

Anno salutis humanæ.

1598.

Αὐτοσχεδιαστὸν ad Supstitem
R: Cosimi famam.

Tam non excidet ore posterorum
Seri nominis erudita fama
Digni nominis aptiore versu,
Quàm nunquam feret affutura sæcla
Farrago hæc mala carminũ malorũ
Et partum malè dedecus parentũ.
Sic te Posteritas fabens celebret
A quo cardinibus suis reposta
Purè nunc meliuśq; jura currunt,
Ut cernam citò carminũ cadaver,
Quæ sic interitu beent Poëtas
Ut sunt edita clam suis Poëtis.

¶ An Epitaph vpon the death of Master Doctor COSIN.

TWixt twin-like sisters, Church and Common weale,
Wo-working Death hath bred a mutuall strife,
Arch right in him, that in Arch right did deale
Both claimes, induced by his vertuous life,
One his hand-writing shewes, and Clergie skill,
Her sister vrgeth his profession still.

Both cals him Cosine and him dearely loues,
(For he was passing friendly vnto both)
Therefore (O mournefull Muse) it thee behoues
Unpartiall doome to giue, and speake the troth
Least he that liuing liu'd to end debate
Should ending die, to hatch an endlesse hate.

Church take his body to thy sacred shrine, Mu.
Balm'd with the teares of our lamenting eies.
And Commonwealth his vertuous deeds are thine,
Thus both haue shares, and dole of equall size.
O happy dole, yet dolefull hap it is,
To loose the man that is the meanes of this.

Weepe spotlesse Virgins that woont sweetly sing,
By shaking azure of the horse-houe well:
Now make those bankes with mournefull ecchoes ring,
And that cleare Christall fount with teares to swell.
Dead is the man that did pourrites adore,
And grauest goes to graue, ah weepe therefore.

¶In obitum ornatiſsimi viri D. Rich. Cosini

Legum Doctoris.

QVid iuuat in chartã,tacitum euomuiſſe dolorẽ?
quem cor nõ poterat, chartula ferre poteſt?
Scilicet vt noſtrum qui non præſciuit amorem,
nunc poſſit lachrymis conſcius eſſe meis.

Lachrymæ.

EHeu *Coſinum* mors rapuit fera:
pullum vt parentis corripit è ſinu
miluus repente; matre fruſtrà
& reliquo grege perſtrepente.
Sic illa planctus & madidas genas,
ſic illa voces,votáque feruida
(ſerua *Coſinum*) ſupplicantis
Præſulis,& reliquæ cateruæ.
Sic illa noſtras deſpiciens preces
ſubuêxit alis, ad ſuperos, ſuis
Noſtrum *Coſinum*; nil relinquens
quàm gemitus lachrymáſque nobis.
Implent querelis æthera ſinguli,
Sacro quærentes præſidium foro;
Muſis opem,Clero ſtatumen;
dulce decus reliquis ademptum.
Fractum dolent,quem nemo reſarciet
ſummi bacillum Præſulis è manu:
quo mos ei firmare greſſus
lubrica per loca,per ſalebras.

Caſſum

Cassum verentur vindice ius suo:
huius ruina fracta repagula
legum timent atque æquitatis.
ô vtinam timeant inanè.
Iactura quamuis hæc superat modum,
nostris oportet sit lachrymis modus.
nam, quicquid aufert dura nobis
mors. plus ei tribuit benigna.

Guil. Huchensonus mœrens fecit.

In obitum RICHARDI COSINI V. Cl. carmen funebre.

FOelices animæ, memorandáque nomina fastis:
Vera quibus virtus animos ad summa vocatos
Accendit, doctóque dedit regnare senatu.
Quíque suo studio musas valuere latentes
Eruere è tenebris in dias luminis auras,
Hos inter multâ versatus luce Cosinus
Ingenij magnis patriam virtutibus ornat.
Illa, vicis gratæ per mutua iura, Cosinum
Ingenij magnis maioris honoribus ornat.
Ergo locum nactus, rerum quo maior ab vsu
Diuitis ingenij virtus, prudentia sollers,
Incorrupta fides, exacta scientia iuris,
Integritas, & propositi constantia recti,
Syncerúsque animus, sacróque intactus ab auro
Splendeat: & sese manifesto in lumine prodat:
Conuertit fixas in publica commoda curas.
Atque omni commune bonum molimine versat,
Quo pietas tutanda modo: quanto impetus ex lex
Obice frangatur: tùm vt sacro ex iure, subortas

Aurea iustitiæ componat regula lites.
Nec tamen interea studium insatiabile cessat.
Graijs thesauros, Latiísque è fontibus haustos
Congerit, assiduo noctésque diésque labore
Continuat: varios vt quas nunc condit in vsus
Diuitias animi ventura probauerit ætas.
Dúmque sibi in stadio virtutis gloria creuit
Maior, & assidui virtutem aluere labores:
Ardet in abstrusos rerum penetrare recessus
Ingenio, ceu quos Sophiæ docuere magistri
Præstantes, ceu quos penitùs medicina recondit.
Sæpe pio rerum percussus amore sacrarum
In fidei totâ raptus mysteria mente
Propendet: summis quoque aspirare negatur
Viribus ingenij fidei prorupit acumen.
Quæ magni monumenta animi diuisa putantur
Perfectos præstare viros, collecta Cosino
Cuncta simul coeunt, séque vno in pectore condunt.
Hoc ex fonte fluunt deuoti in sacra labores
Munia: sic multiplici monumenta feruntur
Ingenio, sumptis sic copia viribus exit:
Vt quæcunque sibi legat expugnanda, feracis
Pondere vel premat ingenij, vel acumine rumpat.
Dum tamen officij moli, curísque seueris
Incubuisse parat: libríque voracius hæret:
Dum studium doctis: vsum Dum præstat amicis:
Ciuibus auxilium; turba responsa clientum:
Sollicitâ ambiguas dum lites ponderat aure:
(Ingenio facili subit omnia) Dum tamen isthæc
Versat, & anxiferis curarum immergitur vndis:
Dulce laboris onus, curarum dulce venenum

Lethiferas

Lethiferas ducit vires, fallítque latenter:
Rodentémque luem, morbóque alimenta futuro
Contrahit. Ac tandem dum funeſtiſsima morbi
Vis furit, heu properam mortem importuna trahebat.
Te pia mœſtarum muſarum turba Coſine,
Te mœſti fleuere patres: te mœſta iuuentus:
Orbatúmque forum rectore: orbata magiſtro
Curia: ſublatúmque patrem ſibi iuris alumni.
Nobilis ingemuit doctorum turba virorrm
Quâ Camus irriguos tremulis amplexibus agros
Alluit, & tacitus vitreis dum labitur vndis
Sæpe retorquet aquas retro, muſáſque ſalutat.
Intereà noſtro latentia lumina cælo
Sollicitâ dum mente vides, curíſque repletus;
Tam ſubitas magnus animis reparare ruinas
Antiſtes venerande paras: Sacróque decoris
Sublato ingenijs ſurgit fiducia ſigno.
Creſcite virtutes, ſanctæq; reſurgite muſæ.
Integra ſtat doctis ſua gratia: certa labores
Spes alit ingenuos: certúſq; merentibus vltrò
Ingenijs aperitur honos: & in ardua pronam
Virtutem ſua palma vocat: ſua præmia muſas.

Magiſtro

¶ Magistro BARLOWO suo.

HÆc scripsi rogatu Oueralli: sed nostra *Aganippe* iampridem exaruit. Volui tamen meam Poeticam scabiem, vt inquit *Ausonius*, exsculpere. Tu eris *Aristarchus*, si non placent dele, nec lucem videant, tanquam abortiua. *Vale.*

Tuus *Andreas Downes.*

ΕΠΙΚΗΔΕΙΟΝ ΕΙΣ

τελευτίω εἰδεῖς ὑπρεκιςάτος ΡΙΧΑΡΔΟΥ ΚΩΣΙΝΟΥ.

Ψυχιὸ ὑψικέλευθον ἐλαφρίζων ὄπὸ γαίης
Πίμψεν ἐς ἠερόεντα κλειτὸς αἰὴρ,
Κἠγοῖς μὴ παύτεσσι κεκασμένος: ἠγὲ τι παύτων
Τῶν καλῶν, μοίρας ἱερχομένης, ὄφελος?
Οὐκ ἀρετὴ τὴν ἤτειμε ποτ' αἰδὼ κηρ ἠμεγένη
Οὐ σοφίης ἀλίγη δεινὴ ἐφισταμένη.
Ὡς κὴ γαῦ λαοῖσὶ κὴ παίσφρον αἴδεσι κεκραιῶσι
Ἤρπασε, τῦτο παθεῖν ἐ τότ' ἀϊόμεθον.
Ἐν μὶ χείλεσσιν εἶχε φιλαφθογγοίω ἐχετείλω
Καὶ χάριν, ἠ μύθοις εἴπετο τοῖς ἀγαοῖς
Καὶ πᾶσι γλυκὺς ἔσκεν ὁμιλεῖν. αὐτὰρ ἀπλοὺς
Οὐκ αἰεὶ θανάτος μειλιχίων ἠπίων.
Ὤχετο τιμήεις τι κὴ ἔκων ἀφείσιο,
Ὤχετο τὴν ἀγαθῶν ἐλένης ἄμμορες ἔτ.
Οἰχομένε δ' ἰδιοῖς ὅλη πᾶσι πις ἐ μακαρίζει
Τὼ αἰαχώρησιν τῦ μογεροῦ βιότυ.

¶ *In obitum viri clarissimi* RICH. COSIN *Legum Doctoris.*

REbus ab humanis nunquam discedere durum
Visum est, aut adeò sic tibi triste mori.
Quamuis diues eras, amplis & honoribus auctus;
Quamuis polleres artibus, ingenio.

Sed

Sed te carus amor venerandi Præsulis vsu
Longinquo tenuit, quo tibi iunctus erat.
Triste tibi visum est abrumpere vincla repentè
(Quum fata vrgerent) huius amicitiæ.
Ille etiam contrà te nunc desiderat, vt quem
Amissum socius luget amore pio.
Illi iucundus vixisti, & dulcis amicus;
Ille vni semper credere cuncta tibi.
Quamuis fidus eras, & curas sæpe leuares
Multis officijs atque ministerijs,
Non tamen ille sibi iam sentit abesse ministrum.
Sed vitæ socium luget amore pio.

A. D.

¶ *In obitum clarissimi viri* RICH. COSINI, Iuris Ciuilis Doctoris. Carmen funebre.

COsine, *Hippolyto fœlix comes: Ille reuixit*
Mortuus; & raptum te nece vita capit.
Vltima nam vitæ mors linea; prima sequenti;
Extrema huic: media est linea facta tibi.
Sperabant Parcæ, se posse recidere fila,
Altera sed Lachesis dat noua fila tibi.
Supremas damus en lachrymas: meliora darentur;
Sed grati in cinerum pondus, & ossa sumus.
Ergo viue diu, Fatorum vbi cassa potestas,
Ac vbi Parcarum nomen, inane manet.

Sy. Aldrich, Trinitatis.

ΕΙΣ ΤΕΛΕΥΤΗΝ

αἰδεσίμοτάτε ΡΙΧΑΡΔΟΥ ΚΩΣΙΝΟΥ
ὀπικώδειον.

Κεῖται Κωσίνε νομοίσορος ἐγχθόνιον
Σῶμα, φεῦ ἀφύκτᾳ μοῖρι ὑπηχθονίων.
Αλλ' ἐ φεῦ, ἀλλ' εὖ γε: δικαιοσύνην αὖθις ἀνῆρεν
Αμπλακίαν νὶν Ζεὺς αὖτυγ' ἐς αἰθερίαν.
Κωσῖνος ἡ Μεσοτρόφος, ἡ Μεσοξυφοὺς,
Ζὼν μὲ Μεσόξυφος, Μεσοτρόφος ἢ θανὼν.
Ζῶντα νὶν αἱ Μέσται τρίφον, ἀλλ' ὄγε χρήμασι Μέσας
Θρεψε θανὼν, ἀπλανὲς δεῖγμα δικαιοσύνης.
Καίπερ ἀείζωον γὰ καταιθόμενοι σὲ Μέσται
Ανδρὸς ὃν ἀμνημὲς εἴπεκ' ἀνεργέσιος.

¶ *In obitum viri ornatiſsimi* RICH. COSIN *Legum Doctoris.*

FErtur quæ quondam terras Aſtræa reliquit
Coſini in pectus deſilijſſe redux:
Sed rurſum fugiens hominum contagia, ſecum
Coſinum è terris non reditura tulit.
At quo? Quo portas iuris Dea iuſta magiſtrum
Nifallor, ſic eſt; Tu, Radamanthe, caue.
Purpureo nuper dictauit iura ſenatu
Princeps iſte tuæ, *Iuſtiniane*, togæ.
At nunc Imperium transfert: nam triſte tribunal
Coſino cedens tu, Radamanthe, dabis.

SIccine ſydereis tua mens euecta quadrigis
Fugit, nec pretio, nec reuocanda prece?
At bene: Qui viuus clauſiſti in pectore cœlum,
Mortuus in cœli fornice clauſus eris.
Me mœſtum caſſis iuuat indulgere querelis,

Te

Te fruſtra quæri me iuuat vſque queri:
Ne volo poſſe meos nec poſſum velle dolores
Siſtere: *Coſini* fata gemenda fleo.
Coſino, ſine quo pereo, pereunte patrono
Muſarum, fletu Muſa rigato genas.
Iura viris viuus dictaſti ciuica: iura
Dura tibi ſed mors durior ipſa dedit.
Fallor: *Coſinus* non occidit ipſe, dolore
Occidit ſed nos: Hinc dolor, hinc lachrymæ.

COſino degno d'immortal corona,
A cui rara virtu' ſommo honor fanno,
E le Muſe cotante lodi hor danno,
Che Britannia di voi tutta riſuona.
Voſtra largezza à cantar voi mi ſprona,
E nelle legge ſcienza, che faranno
Ingleſi dapoi piu giuſti, è fomeranno
In noi deſio di vita coſi buona.
Che dirò; che non dirò di tanta bellezza?
Ma tacer mi biſogna; che oprate voi
Nel penſier mio, quel che ne gli occhi il Sole,
Tal di voſtre virtu è la vaghezza
Ch' a mi frale giouene, come infinita poi
Confonde i penſieri è le parole.

IT halfe perſwades me that the gods may die,
To ſee ſuch worthy wighes giue place to fate:
Can we poore ſoules ſcape direfull deſtenie,
If deaths dread darts can ſuch high powers amate?
Thou didſt ſhew law to others, death to thee,
Thou didſt free others, thee, death would not free.

Cosin thou wert to all both God and man
And therefore lou'd of all that loue their kin.
Thy loue the cause of all our wracke began,
When gods did purpose thee from vs to win:
We would haue kept our Cosin, as by right,
They won away their Cosin but by might.

When old Troyes Hector di'd Xanthus ran backe,
When mid Troyes Tully di'd Tyberis swelde:
Why new Troyes Thames? wilt thou some wonder lack,
When thou seest dead thy Solons sacred eld?
Our teares make Granta drowne her learned shore,
Let Londons Thames in signe of griefe do more.

Our mothers chiefe child, Roiall Trinitie
Bred him and brought him vp in learned lore:
He dying fraught with carefull pietie,
Repaid what he had tooke of her afore.
In these mad dayes, well worth so kind a brother,
When rude high tit'led Grils would strip our mother.

Ioannes Cropley.

¶ *Ad Domini* RICH. COSINI *tumulum.*

ANte peracta decem completè lustra, *Richardi*
Mors nimiũ properans hîc condidit ossa *Cosini.*
Ille per ista decem cœlebs quinquennia vixit,
Et vixit nostri Dijs acceptissimus æui.
Semper enim vixit Pietatis idoneus auctor,
Iustitiæ exemplum semper venerabile vixit.
Adde, quòd hunc lenem genuit Natura, nec vlli
Contulit ingenium maius, quàm contulit isti,
Isti, qui superas hinc iam discessit ad oras,

Dignior

Dignior in cœlis, quàm noſtris viuere terris.
Fama viri, de quo mentiri fama veretur,
Plura tibi referet, ſi vis tibi plura, viator.

Perpetui amoris ergô poſuit
Michael Murgatrod.

¶ Eximio pietatis doctrinæq; exemplo iuríſq; peritiſſimo Doctori R. COSINO carme ὀπικήδειον.

HEu diri caſus, & flecti neſcia fata!
Heu quis perennare autumet!
Delicium Muſæ veſtrum, iuríſque columna,
Siue ipſe, ſiue alter Cato
Subduxit nobis & diæ lumina luci,
Cæloque mutauit ſolum.
Quódque eius ſuperest, ambuſtas igne fauillas
Nunc ſtrictior cippus premit.
At tu funde illi tellus, agè funde perennes
Circùm roſas & lilia:
Funereâ vt cingant violæq́, roſæq́, coronâ,
Toruloque condant floreo.
Et vobis viuæ ſic manent puriùs amnes, Didæ
Sic blandiùs ſtrepant aquæ
Coſinum *vt veſtrum lachrymis ſeruatis aquíſque,*
Vt poſthumus repullulet.
Seu canitis Pæana magis: totóque ſequaces
Infertis in cælum choro.

Th. Camber.

¶ *In obitum ornatissimi doctissimique viri Dom.* Doctoris COSEN, Carmen lugubre.

Κωσίω τ' βελῆς ἀρετῆς τε κεκρυμμένον ἶρνος
Δόξα σόων, ἀρετῆς αἶνεσις, θαῦμα νόμων,
Τίθναι θαῦμα νόμων, ἀρετῆς κλέος, αἶνος ἀγάνων.
Ἰέθναι, ἢ ζώω θνῆτος ἑωυτῷ ἔχει.
Εἶπατε Πιερίδες τόδε κλέος, εἶπατε Μῶσαι.
Πρηθὲν ὑπὸ χθονίῃ νηῷ ἢ ἱπκερανίῃ,
Θῆκε μὲν ἀθανάτου θανάτος, βίον ὤπασε πότμος,
Μοῖρα δ' ἔμπε βιᾶν, ἢ βίον εὗρε θανάων.

G. K. *Col. Trin.*

¶ *In obitum doctissimi viri Doctoris* COSIN, Carmen funebre.

Μοῦσαι, λύσατε μῶσαι, μῶσαι φιλαὶ, αἰαῖ.
Θρέμμα τε μουσάων ἄλετο, θρέμμα θεῶν
Ἄρχετε πενταλέον μέλος, ἄρχετε αἱ νεοπενθεῖς,
Ἡ δολὴ μοῖρα ἔσκε, ἢ ἐς ὀδύνη.
Ὤλετο, ἀ δῆμος δῆ, τί; ὤχετο; ὤχετο αὖ τὸς,
Θλίψις νηῷ χθονίαν, τέρψις ἐτερανίαν.
Αἰθέρος ἀκρόπολες μὲν ἔχει πολύχαλκος Ὄλυμπος,
Καὶ νηῷ ὅτι θεῶν χάρμα, ὸς ἔσκε βρότων.

Alias.

INuida in exiguo condunt te fata sepulchro,
Non possunt famam condere fata tuam,
Illa velox pennis, totum volat illa per orbem,
Pérq; orbem laudes prædicat ille tuas.
Hic mei s est, clamat, dominus, quem fata sepultum
Esse solo credunt, viuit at ille polo.

Death craue no more,
Thou hauest thy due,
My life thou hauest,
But I a new.

H. Rainsford.

¶ Sententiall

¶ Sententiall Phraſes, vpon the name, life, and death, of Doctor RICH. COSIN.

DEare vnto God, thy countrey, and friends.
DO doctor Coſin; dead vnto this world.
CHriſt was, and is thy comfort euermore.
THy life here led, witneſſeth the ſame.
OF all thy ranke, beloued of each one.
RReſpecting right, (without reſpect of men.)
RUled by law, in doome anſwerable,
IIndeauouring ſtill, to keepe conſcience cleare.
CHaſt from the cradle, all his life long.
HArmefull to none, by word nor deed.
A friend to learning, and all learned men.
RRemembring (by will) to further both.
DDying (as he liued) in Gods fauour.
CCalling for his grace, whil'ſt he had ſpace.
OO happy man, moſt happy now in heauen.
SSounding out his prayſe (who ſaueth thy ſoule.)
IIn Ieſus Chriſt, thy bleſſed Sauiour.
NNow and for euer reigne with him in ioy.

Remember death daily,
So ſhalt thou liue orderly,

Quoth H. A. his kinſman.

¶ In obitum ornatiſſimi viri Domini Doctoris COSIN iure Ciuili peritiſſimi.

QVid flemus? quid nos nobis ploramus ademptum
Coſinum? *talem non obijſſe puta.*
Magna deos inter lis eſt exorta: creatas
Horum qui lites dirimat, ille deeſt.
Coſinum *petiere Dij componere tantas*

Lites

Lites, quòd vero iure peritus erat.
Par superis, non dignus erat tellure morari,
Sedibus æthereis & Ioue dignus erat
Desine, non obijsse puta, quem flemus ademptum,
In cœlos nobis, hunc abijsse puta.

Alia eiusdem.

Marmoribus non est includere lumine cassos
Nominis & titulum scribere marmoribus.
Vt quia dura nimis sunt marmora, corpora seruent
Clausa diu, vt longo tempore duret honos
Non opus est Cosine *tuum iam marmore corpus*
Includi, vt viuat gloria, nomen, honos:
Semper enim nomenque tuum laudesque manebunt
Quas mors nulla potest vincere, nulla dies.
Pone tamen tumulum, sed non sine carmine: nostra
Carmina, quòd madido, qui legit, ore legat.

Iohannes Montford: *sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Cantabrigiæ.*

¶ *Carmen lugubre.*

HEu, quæ funerei planctùs exordia poscunt
Anglos? vnde nouo ducent suspiria questu?
En deiecta iacet trabium fultura labantum,
Occidit en patriæ columenq;, columnáq; nostræ;
Qui modò ceu frondēs abies, Dodonęa ve quercus,
Inq; solo Hercyno seu fraxinus alta vigebat;
En iacet hoc spartum veluti, fragilisue myrica,
Moréque, quæ pedibus teritur prolapsa, genistæ.

Quid?

Quid? patiar nullis fœdari fletibus ora?
Quid? parcã lachrymis? videã cũ morte peremptũ,
Cuius dulciloquo populus pendebat ab ore,
Cuius ab ore hauſit iuſtum ſtudioſa caterua,
Quem ciues Themidis vatem, quem iuris aſylum,
Quem cuncti legum normam ſcripſere bonarum?
Te ſæpe audiuit populus præſcripta *Catonum*,
Atque *Lycurgorum*, venerandorúmq; *Solonum*,
Inculcantem animis, ſimul & griphóſque plicáſq;,
Vincláq;, nodoſos ſcrupos, perplexáq; legum
Soluentem ac facili reddentem ænigmata ſenſu.
Talis (opinor) erat Romæ primatibus olim
Ipſe Coruncanus, ciuilia iura profeſſus;
Tales, Sulpicius teretíque Trebatius ore,
Conſultatores, magni *Ciceronis* amici.
Aſt vbi fata tuæ ſecuerunt ſtamina vitæ,
Et tibi dulce fuit fragilem mutaſſe perenni,
Manibus extremũ nos hunc præſtamus honorem,
Triſtia deflentes tua carmine funera mœſto.

¶ Sonetto in morte di Dottore Coosino.

SPirto gentil queſto e Cooſino *quello*
Cooſino *delle leggi alto ſplendore*
E vero eſpoſitore.
Queſto e colui che' l deſtin' empio, e fello
Innanzi tempo tolſe.
Che forſe ornarne un piu bel luogo volſe
O iniqua all' eta noſtra inuidia morte
Per te di nouo hor ſon le leggi morte.

W. Barnes.

¶ *In mortem clariſſimi Doctoris* COSIN *Epitaphium.*

PErge tenere colum *Clotho*: non ſtamina rupit
Atropos: huic auxit: perge tenere colum.
Iamne ſinis fuſum *Lacheſis?* cum ſtamina ſcidit
Atropos: huic vitæ cauſa perennis erat.
Iuſtitia primus, nulli pietate ſecundus
Nouit obeſſe malis, nouit adeſſe bonis:
Odia, nummus, amor non impulit: adfuit illis:
Cum ſit iura ſatis reddere, noſſe nihil.
Hîc doctrina, decus, pietas: cum ſpirat, in vno
Omnia conſpirant, vita beata deeſt.
Militi & hanc Chriſti fido Deus addidit, aiens.
Te non ſectari roſtra ſed aſtra volo.

Σπεύδετ' αἰνιγμούτης θαύμαζετε· μανάδια πολλά
Βλέψετε, καὶ θάτερ αὐτύδετε τέτον ἰδεῖν.
Εἶχεν ἅπαντα μόνον· φιλίει νόμον εἰς ἵνα εἰδῆεν
Ὅσσοι δ' οἶδε θέων; ἔχεν ἅπαντα μόνος.
Εὗρεν ἰ δαιβάλονδε νέη, ὅταν ἰσα θάπτηδης
Ἀνδρὸς ἐκ γένη θεῖον χαῖα τόσσονδε φέρειν.

Lymonnerius Gallus.

¶ In obitum ornatiſſimi viri Dom. D. COSIN.

DOctrina ſi interire, ſi Pietas mori,
Occidere ſi candor queat,
Doctrina, Pietas, Candor hoc tumulo iacent,
Vir clare, tecum condita.
Mori ſed abſit illa poſſe dixerim,
Quæ viuere iubent mortuos.

Fœdus

Fœdus beatum: mortuum illa te excitant,
Et tu mori illa non sinis.
At hunc virum cur nos fleamus mortuum,
Qui viuat alijs & sibi.

¶ Alias.

Nil Lachrymæ: nunquã Lachrymæ voluantur inanes:
Nil fletus: fletu flectere fata nequis.
Nescia mors lachrymis vinci, mors nescia fletu:
Mortem flere nimis parcito parce queri:
Qui moritur, mundi seruilia regna relinquit:
Morte vigent cælo, qui viguere solo.
Ianua mors vitæ, soluit de carcere vitæ:
Vita laboris onus: vita doloris onus.

¶ Alias.

Χαῖρε τὸ πλῆθος ὀδυπόρεον: τί τὰ δάκρυα εἴδετο ?
Θάρσει: φεύγ' ὀδυνίλω, θέλον οὐκέτι κακὸν.
Οὐ θανέ, ἐρανίοισιν ἀταρ δώρεσιν ἐπαυρῶν:
Ἀθάνατον χθονίοις τοὶς λίπε πᾶσι κλέος.
Οὐ θανές, Μέσσαν τε κεκασμένος ἔκτισεν αἰὴρ:
Δεξὰ μένει, αὐτὸς κεῖν φθιμένοισιν ἐων.
Παυε τιλιὸ ὀδυνίλω, κ' ἀλιῶν λῆγε ὀδυρμῦ:
Οὐδὲν μοὶ κλαυθμὸς, ἐδὲν ὀφέλλει ἄχος.

H. Hammond.

¶ *In obitum clarissimi viri Doct.* COOSINS *carmen lugubre.*

IVris & æquarum cultor sanctissime Legum,
Quo nullum cecidit charius ante caput,
Doctor iuridici & ductor celeberrime chori

Qui modo veridico ſanctius ore forum
Rexiſti: nemoris ſed nunc habitator amœni
Celicolas repetis mens ſeparata domus,
Accipe quod præſtat pietas hoc vltima carmen
Quo cupio cineri te ſupereſſe tuo.
Mallem hæc ipſa diem celebraret chartula primam,
Qua te tam nobis, quàm tibi fauſta dedit,
Quam ſic ſquallentem ploraret pagina lucem:
Quæ te tam nobis, quàm tibi ſurripuit.
Aſt nimia hoc vetuit fatorum iniuria, nobis
Durior hoc facto Parca breuíſq; colus.
* Quot modò *gaudiſtis viuo, flete ergo peremptũ,
Déntque ſuas omnes ad tumulum lachrymas.
Det plebs, det ciuis, det eques, populúſq; togatus,
Innocui ruris ſollicitúſq; cliens:
Nec ego ſecretos inter crebróſq; dolores
Ad patris ſoleo quos dare ſæpè rogos,
Immemores capitis, patiar tam dulcis ocellos:
Illi prima cadit gutta, ſecunda tibi.
Cuius vt ante tuis roraſti fletibus vrnam,
Ille meis tua ſic fata fleat lachrymis.

Defleuit Nathaniel Fletcher,
Reginal. Cant.

¶ In obitum clariſſimi viri Doctoris Cvssons Iuriſconſulti. Carmen.

Sicelides muſa, ſtulto quid præſtat alumnus
Muſarum? quid tot doctrinæ laude priores
Exuperaſſe viros iuuat, atque habuiſſe perennes
Mẽtis opes? quid in his opis eſt, quid quæſo, quid hæc ſunt?

Vltima

Vltima doctorum ſæua eſt mors meta laborum,
Hic honor, hæc merces, nec curant talia Parcæ.
Mortuus en iacet hic communi ſorte peremptus,
Qui fuit & prudens, & cum ratione diſertus
Interpres legum, iuriſque peritior illis,
Quos veteres nimium Romani laudibus artis
Illius illuſtrant; plenos ſi vixerat annos:
Lælius alter erat, ſed iuſto tempore poſſet
Eſſe etiam Craſſus, *durúmque præire* Catonem.
Nunc tamen interijt, ſic tranſit gloria rerum;
Qui fuit hic non eſt, conduntur membra ſepulchro,
Spiritus aſtra petit, quia viuere fata negabant.

Nicolaus Wood *Reginal. Cant.*

¶ *In obitum ſpectatiſſimæ cùm pietatis tùm eruditionis viri,* RICHARDI COSSINI
Iuriſ. conſultiſſimi Doctoris.

O, quod te memorem monſtrũ! aut immane barathrũ?
Vſq; ſatis nunquam, Mors, tibi cædis erit?
Cur tua muſarum violarunt ſpicula myſten?
Sanguinis explebit copia nulla ſitim?
Quamuis mille vores millena cadauera centum,
Es nudum σκέλετον *præter, & oſſa nihil.*
Ergo fuit tanti, Coſſino *craſtina vitæ*
Tempora donare, vt ſeriùs vmbra foret?
Nos numerus ſumus, & telluris inutile pondus,
Dignior impurus faucibus eſca tuis.

R. I. Coll. Trin.

¶ In obitum ornatissimi D. Doctoris COVSINS *vtriusq; iuris peritissimi, &* Trin. Coll. quondam Socij.

NVlláne te moueat pietas, te nulla potestas?
Nulláne laus? virtus nullane? nullus honor?
Crudelis nimium Lernæo sæuior angue
Mors, cur deiectos non rapis ipsa viros?
O nunquam deflende satis Doctissime *Cousins*,
Vermibus esca, maris bulla, cadauer iners.
Nescius, at mortis, nec mortis nescius ipse,
Astra tenent animum, putre cadauer humus.

R. Sm.

¶ *In obitum Doctissimi viri, iurisque peritissimi Doctoris* Cossini, *Carmen lugubre.*

QVid valeat doctrina? docet bene viuere, nullos
Hæc malè non prohibet, nec vetat illa mori.
Quid pietas? benè posse mori; licet vltima vitæ
Linea sit, primam mors melioris habet.
Siste pedes igitur modo qui successeris hospes
Sanctior hîc vulgi manibus vmbra jacet.
Vmbra iacet, qui doctus erat, benè vixit, amicus
Qui studijs, obijt, qui pius vmbra iacet.
Viuere qui cessat, Musas non cessat amare
Musarum vitâ longior vsus erit
His sibi, qui cecidit, quâ celsi accliuia cœli
Scanderet, & quo abijt, munijt ante viam.

Gabriel. Rosse.
Trin. Coll.

¶ *Viri*

Viri celeberrimi D. Doctoris Cosons epiccedium.

TIngito Tartareo faciem Pernasse colore,
Nec sileas querulos ingeminare sonos.
Puluere cinge comam choreas iam ducito tristes,
Frondibus cuinctus tempora populeis.
Num Philomela sui decorabit funera partus,
Et Philomuse τειρον non querar ipse tuum?
O dies inuoluens cæcâ caligine tecta,
Dardalidum tenebris obrutus esto nigris.
Phœbus enim Thetidis vestigia duxit in oras,
Exijt è viuis, qui modo splendor erat.
Solem terra tulit, calcante hoc infera plantis,
Iuno premit nubes: splendidus ille tamen.
Phœbus erat gnauis, ignauis ast quoque φοιβος;
Musas qui retulit, pocula blanda tulit.
Cognatus Musis videor mihi dicere, natus;
Dicite Sicelides queis fuit ipsus honor.
Cui pietas fluxæ fuit α & ω vitæ.
Reddito conspicuum laudibus alme Deus
Quòd patriæ summus fastigia summa tenebat
Comprobat vt iustum sic pietate grauem.
Sit gemebunda dies, in qua prudentia iuris
Nesciat antiquas æquiparare vires.
Sciuit enim fœlix mandare volumina typis
Et debiti in patriam linquere chirographum
Eheu quod tanto virtus coniuncta decori
Duro hoc signetur stigmate, Posse mori.
Nonne nouem poterunt tres exorare sorores?
Parcas Marte nihil? nil valet arte sequi?

Pars

Pars borealis erat quæ te produxit honori
Vt patriæ ſummo (vir venerande) fores
Det Deus innumeros producat pars Borealis
Qui ſimiles poſſunt (ſumme vir) eſſe tibi.
Iho. Hall *Reginal. Cant.*

¶ *In obitum ornatiſſimi viri, & vndequaque literatiſſimi Magiſtri Doct.* COSIN,
Carmen funebre.

VSqueadeonè valent infandæ ſpicula mortis
Vſqueadeo Muſis mors inimica nouem:
Hei mihi, Coſino *noluerunt parcere Parcæ:*
Hoc tu Melpomene voce dolente canas.
Et cithara triſti triſtes mediteris Iambos.
Veſter erat viuus, mortuus eſto tuus.
Num iacet hîc Aſcræa? iacet, ſed non tamen illa hic
Sola iacet: ſimul hîc lex veneranda iacet.
Num legum hi tumuli? legum ſunt, non tamen illîc
Lex tantùm, Sophia eſt ipſa ſepulta ſimul.
Num Sophiæ hi tumuli? Sophiæ ſunt? non tamen illa hîc
Sola iacet, ſed & hîc ipſa Minerua iacet.
Aſcræam, Leges, Muſas, Sophiam, atque Mineruam;
Coſino *pereunte ſimul quis perÿſſe neget?*
Ergo etiam periere Deæ? dubitáſne perÿſſe?
Ipſe deas? vnum hunc dum perÿſſe vides?
Iuſtitiæ conſultus erat, Iuríſque peritus
Iuſtitiæ cultor ſed magis ille fuit.
Dona benigna dedit mentis monumenta benignæ.
Nec mihi nec noſtris dona tacenda dedit.
Mœnia nunc magni fulgentia viſit Olympi
Conduntur tumulo membra ſepulta breui.
Ed. Archbold. Tri.

In

¶ *In obitum D. D.* COSINI *viri doctiſs. & vtriuſq; legis peritiſsimi, Carmen lugubre.*

COniunctis ò flende tuis, ô flende Britannis
Flende viris doctis, docte *Coſine* iaces:
Grata viri pietas, facundæ gratia linguæ
Ingenium, virtus, inuiolata fides,
Cum grauitate lepos, & cum grauitate venuſtas,
Larga manus: vitæ lumina dulcis erant
Pro quo dum Pallas, dum clarus certat Apollo
Neutrius (inquit) erit mors, mihi præda iacet
Terra tegit terram, tellus tellure cadauer;
Enthius aſt cœli ſpiritus arce ſedet.

Ed. Marbury.

¶ *Carmen in mortem venerabilis viri D. Doct.* COOSIN.

Ὅστις Καστείτου τ' ἀγορῆς ἀιομάστετο Φοῖβον,
Καλῶς κ) ὀρθῶς Φοῖβον ἐείπε μάλα,
Ἄξια δ' οὔκ εἶπεν· μείζων γὰρ κ) ἠελίοιο
Ὃς θνητοῖσι Φάος κ) καγκάδυς παρέχει.
Κωσεινῦ μὲν ἀφὶν κλέος ἔπλετο οὐρανόμηκες,
Νῦν δ' ἀμπὶ ψυχὴ οὐρανῦ ἐναίπις;
Καὶ γὰρ ὀπιχθονίης σοφίης δεδαημένη ἄκρης
Ἦλθε κ) ἐρανίης ἄκρα δαησομένη.
Ὡς οὔδεν θνητοῖσι μένει· χρὴ ἐμπεδὸν ἆεῖ;
Οἴμ πὰρ φυλάκων, ζώουσα τοῖα βροτῶν.

O. B.

TRiſtia doctoris lachrymantur funera docti
Cozenzi, fletus turba togata ciet.
Nam Themidos tenebras patefecit lumine mentis,
Dúmq; habitans terris mens fuit apta Deo.
Dum fuerat cultos Sophiæ ſpatiatus in hortos,

Semper in hoc ſummi fulſit imago Dei.
Religio, probitas, quæ non habuere benignum
Virtutes, dotes, ingeniúque faces?
Horrida crudelis vocitauit buccina mortis,
Quem vetuit pietas, vitáque ſancta mori.
Triſtis, ſit multùm triſtis tota Anglia: námque
Se dicent Muſæ te moriente mori.
Non obijt, ſed tantùm abijt, cineréſque ſacrati,
Quem virtus coluit, molliter oſſa tegunt.
Aſt animo debet rediturus abire ſereno,
Qui mundo moritur, mundior exoritur.
Fælix, O multùm fælix, cui contigit illud,
Poſthabitis terris poſſit vt eſſe polis.

Ὄλβιον ἠέλιοιο φάος, μάκαρες τε Ὄλυμποι,
Οἵτε ψυχὴν ἀγαθὴν ἀνδρὸς ἴσχετε κλυτοῦ.
Ἤμπνος ἦν μέγα κῦδος, ὁμῶς μέρος ἄχετος αἰεί,
Ἠ μετέρου τε βίου, ἄγλαον αἶδος ἔλω.
Ἀλλὰ βιὸς πᾶσιν μέγα πῆμα πόνοιο βροτοῖσιν,
Καὶ βιὸς ἀνθρώπων ἡ βίαιος κακῶν.
Κρείττερον πέλεται γυῖ εἰς ἡ Ὄλυμπον ἀΐσσειν
Ἠ μέτα τῶν φαύλων ἄλφιτον αἰὲν ἔχειν.
Τέρπονται χ' ὑμὶν αἰεὶ οἱ Ὄλυμπον ἔχουσιν,
Καὶ βίοτος παντῶν κρείττερος βιότων.

VItæ nolo tuæ laudando inferre tenebras,
menſuræ modium præterit illa meum.
Nec ſupereſt naſi ſtylo farrago retorti:
quæ reſtant linquo vatibus, Arma virûm.
Hæc ego, Natalem iactat tua terra Brigantûm,
additur atque albis candidus ille dies.
Annos te dextra dignum numeraſſe, ſiniſtra
fata premunt; tumulat Ilion Albionis.

Te Mors, Anglorum votis qui Virbius esses,
immatura, ferox, vix sinit esse senem.
Quid mirum? tandem perijt quem deperijsse
cœlestes, Terram, Fatáq; terna scio.
Terra, polúsq; suum rapiunt, trux Atropos alba
nunc non dignatur filaq; longa dare.
Mors tibi sola salus, perijsses ni perijsses,
nos stupidos fecit quæ solet esse loquax.
Hos versus stupidos, luctus, pia vota meum nil
libamus. Posthæc hoc meminisse iuuat,
Qui *Cosen* ante fuit propior iam sedet Olimpo,
exul iam terris; filius estq; dei.

Tobias Waterhouse.

In obitum D. Doctoris COSINI, *Iuris Ciuilis* peritissimi.

WHo list to view a rufull Tragedie,
Let him behold the Stage here ready drest:
The Title Death, the Musique Maladie,
The Acts Despaire, Feare, Sorow, Care, Vnrest:
The Scenes deepe Sighes, with dreirie teares oppreſt.
The Actors We, and that we all may rue,
For that we Act a Tragedie so true.
Faine would my Muse be Chorus, but her verse,
Grief-stopping nought, but sad lament appeares:
Faine would my Heben pen his praise rehearse,
Which writing streames forth paper-blubbring teares,
That all may weepe that read, all sigh that heares:
Muse, verse, pen, paper, to accord their sorowes,
Grief, sad laments, teares, weepings, sighings borowes.
Borowes, said I: had griefe but sorowes lent,
Griefe might be paid her owne, and sorowes die:
But Death (sole Agent of our dire euent)
Saieth ceaseleſſe sorowes seemes our miserie,

Which must outliue our acted Tragedie.
Then ye (Spectators) neuer cease with me
To wring your hands, and sigh the plaudite.

QVi tantùm properas, casus cognoscere nostros
Si cupias, properum siste viator iter.
Inspice funereum luctu gemitúq; sepulchrum,
Et quàm discedas, fac prius ista legas.

HOc tumulo tegitur Cosinus *Iure peritus*
Doctor, cura Deûm, stirpe Deúmque satus.
Parnasso residens Musarum pulcher Apollo
Dux, fuerit patrij qui decus antè soli.
Hoccè decus nostrum nigræ rapuere sorores,
Impulit hoc querulos edere voce sonos.
Haud vnà potuere tamen cum corpore famam,
Tollere, viuit enim nomen in ore virûm.
Ac licet exigui corpus nunc conditur vrnà
Spiritus astra petit, laúsque decúsque vigent.

Desino plura loqui, ne sim tibi fortè molestus:
His lectis, quòuis carpe Viator iter.

Samuel Huttonus, Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Cant. defleuit.

¶ *In obitum viri ornatissimi* D. COSSEN *legum Doctoris.*

CArpe viam in cœlos, Cœlum iubet, vsq; morari
Terris Terra monet, dixit vtrúmq; suum.
Sic pro te (*Cossen*) certant cœlúmq; solúmq;,
Anxia lis agitur, dixit vtrumq; suum.
Quin iure in terris ius agat, si iure peritus,
Iustitiam vt doceat? Terra maligna refert:

Cœlum

Cœlum infit: vetat hoc naturæ ius, vetat almi
Dextra Dei, ſuus eſt, percupit ipſe ſuum.
Corpus terreſtre eſt, ſacra condatur in vrna,
At mens cœleſtis cœlica regna petat.
Plaudite cœlicolæ, terreſtres plangite, florem,
Mors carpſit pulchrum falce metente fera.
Plaudite terreſtres etiam, qui floruit olim
Agris ſpinoſis, nunc viget Elyſijs.

Ed. Lichfield.

¶ *Sonetto in morte di Signore Dottore* COOSINO.

O Hime, niuno puol fuggir pregione.
Del morte, che fa ſoſpir nella vita.
Suol giamai ſempre togliar viſta fiorita
Con viſta nigra & ſorda viſione.
Di Iuuentute non ha quel ragione.
Ella e compagno di tempo che cito vai
E di tua vita termino tu non ſai
Che fa di dolce vita inciſione.
Signor e Dottor Cooſin *noſtro ſei morto?*
Vn tempo e vita ſuaue ma morte amara
Fu debile il filo a cui vita attene.
De vn fiore, Cooſino *detto Ingleſe horto*
Quando viueua ogniuno fu vita chara.
Morte ha ſpento quel ſol; ſta ſalute bene.

Io. Ha. Coll. Trin. Cant. ſtudioſo.

In obitum venerabilis viri Dom. D. CVSSINS, *iuris* Ciuilis peritiſſimi, literarúmq; cultoribus Mœcænatis benigniſſimi; Θρῆνος.

ANglia cur mœſtas dat in aëra ſqualida voces,
Hei mihi, confecto ſæpiùs ore ſonans?

Cur crines lacerans mœrentia pectora tundit?
Pallentéſque ſuas compluit imbre genas?
(Hei) exhalauit tenues CVSSINVS in auras
Vitam, (cauſidico gloria nota foro)
Eſſe ſui ſimiles ſed paucos Anglia defler,
Hinc lachrymabilibus mixta querela ſonis.
Num perijt? fallor; nam fama æterna loquetur,
Exegit vitæ quàm monumenta ſua.

Eiuſdem.

Μοῦσαι καὶ χάριτες, πατὴρ ἀργυρότοξε τε Φοῖβε,
Θρήμματος ὑμετέρου θρηνεῖτε βίοιο πλευτίλα.
Καὶ χρυσεὸν κεφαλῆφιν ἀφ' Ἠελίοιο ἔλειψε,
Ἤμμασι μυχθαδίοις φύλλοισιν ἀκειρεκέμοισι
Δόξα, καὶ ἐνόματος θαλίεν πολυπάμφαος αἴγλη;
Ἰχθυες ἐλλείψασι πολυφλοίσβοιο θαλάσσης
Βένθεα, πρὶν δώρεον μνημὴ περθέλυμνος ὄλειται.

Giffard.

¶ *In obitum honoratiſſimi viri Domino* RICH. COSINI *legum Doctoris, Decani de Arcubus, &c. Domini mei beneficentiſſimi.*

O Dolor, ô ſolus miſero comes vſque futurus
adſis, & carmen ſuggere triſte mihi;
Vtque ego lætitiam abiuro, & gaudia vitæ,
contuſum & quicquid cor releuare poteſt;
Dic veras luctus cauſas, dic flebile verum,
Et dic quòd meritò triſtia fata querar;
Quòd dominũ amiſi, Dominũ ſuper omnia charũ,
Quòd decus amiſi præſidiúmq; meum,
Quod dominum amiſi *Coſinum* (ô dulce, ſacrúmq;
Nomen, cui ſemper ſummus habendus honor)
Heu noſti dolor, heu noſti: cur ergo malignos
Non dicam nimia pro feritate deos?
Crudeles aliquod poterántue infligere Parcæ
durius,

durius,aut grauius (ſi voluere) malum?
In me conſumpſit vires ſors dira,meúmq;
Merſit in æterno funere ſæua caput:
Quod poteram ſperare iacet,mens concidit vnà,
ſolamen vitæ ſuccubuítq; meæ.
Viuere nec quæro vlterius,nam viuere gratum
Quod mihi nuper erat mors inopina tulit.
Atque vtinam liceat miſeræ diſrumpere vitæ
tædia,téque ſimul Diue patrone ſequi;
Morte recuſarem tantos finire dolores?
Morte recuſarem te mea vita frui?
Dij teſtes me velle mori morerérq; libenter,
Si veniam ſummi Nunnius ira daret.
Sed viuam (cum fata velint) breue viuere noſtrum
Sed quod erit,fiet nil niſi morte mori.
Conſtituam tibi templa Dolor,ponetur & ara,
Perpetuò moriens cor vbi ſacrificem.
Huc veniet tenerum tundens Eccleſia pectus
vt protectorem lugeat illa ſuum:
Huc & egenorum veniet mœſtiſſima turba
(turba æuo noſtro docta dolere nimis)
Quiſquis erit ſanctus,iuſtus,ſapiens,& honeſtus,
Quiſquis erit veræ religionis amans;
Quiſquis diuitias (mundi mala numina noſtri)
Atque voluptatum ſpreuerit illecebras;
Quiſquis erit Iudex quem veri à tramite recto
Non auri poterit ſacra mouere fames;
Sæuitia oppreſſos & vi quicunque potentum
Suſtentare manu conſilióque velit;
Ad tua templa dolor venient,ſociúmq;, patrémq;,
Patronúmq; ſuum vt collacrimare queant,

Coſiníque

Cosiníque sacrum resonantes nomen, ademptum
vrgebunt planctu flebilibúsq; modis
Ipse chorus mœrens, quod luctus insimul omnes
vnanimes, sed non esse dolore pares;
Saltem infœlici dulce est, quod nemo sereno
Aut læto vultu conspiciendus erit.
Nec certè m ror tam charum, & amabile cunctis
Cosini cunctos plangere velle caput:
Haud erat aspectu mortalis gratior vllus,
dulcior affatu, mitior ingenio;
Quàm fuerit gnarus cuiusque scientiæ, & artis
Quàm fuerit prudens scripta probare valent;
Quàm fuerit iustus, lucróque alienus ab omni
(magna nimis cuidam) res docet exigua;
Quàm sanctè Christum coluit, constantia narrant,
Contemptus vitæ, certáque morte fides;
Vt benè *Cosinum* (quamuis de semine natum
Mortali) possim dicere semideum:
Nunc ille æthereas sublimis possidet arces,
Et datur æterna iam sibi pace frui.
Discite mortales mortalia spernere, vestram
Sórsque vbi non ludit prendere ad astra viam.

Dan. Adrey
seruus infœlicissimus.